# SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

# BENEDICTI

# PAPÆ XIV.

# BULLARIUM.

## TOMUS TERTIUS,

*IN QUO CONTINENTUR CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ, ALIAQUE EDITA AB EXITU ANNI MDCCXLVIII. USQUE AD TOTUM PONTIFICATUS ANNUM XII.*

Volumen 8.

EDITIO NOVA, SUMMO STUDIO CASTIGATA.

MECHLINIÆ,

Typis P.-J. HANICQ, typographi Celsiss. Domini PRINCIPIS DE MEAN, Archiepiscopi Mechliniensis.

*Superiorum permissu.* — 1827.

C 76.180

Harvard College Library
Oct. 1[illegible], 1[illegible]2
Treat fund

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

# BENEDICTI PAPÆ XIV.

## CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ etc.

XXI.

## DE QUÆSTIONIBUS

Et controversiis olim excitatis circa opera injuncta pro Jubilæi acquisitione, et circa Facultates concessas, earumque usum; quæ per præcedentes Constitutiones sublatæ fuerunt: Epistola Encyclica ad Pœnitentiarios et Confessarios pro Anno Sancto in Urbe deputatos.

XXI.

# DE QUÆSTIONIBUS

Et controversiis olim excitatis circa opera injuncta pro Jubilæi acquisitione, et circa Facultates concessas, earumque usum; quæ per præcedentes Constitutiones sublatæ fuerunt: Epistola Encyclica ad Pœnitentiarios et Confessarios pro Anno Sancto in Urbe deputatos.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

De variis Controversiis ad Jubilæum spectantibus, ac de ratione easdem solvendi.

Inter præteritos, ac præsentes labores nostros in eum potissimum finem a Nobis susceptos, ut imminens jam magni Jubilæi Annus ea, qua par est, pietate celebretur, et Fideles Christi spiritualem S. Indulgentiæ fructum consequantur, non postremo loco habenda est ea, quam adhibuimus, cura, ut libros de Anni Sancti Jubilæo pertractantes, qui numero pauci non sunt, consuleremus. In hisce verò libris perlegendis illud animadversum a Nobis est, quod inter eorum Auctores, alii quidem sunt, qui in controversiarum tractatione ita se gerunt, ut in iisdem discutiendis, ac resolvendis, vel ad eorum scripta tantummodo attendant, qui ætate præcesserunt, vel de propositis quæstionibus ex eo, quod sibi ac propriæ intelligentiæ magis conveniens videatur, pronuntient, nullà interim attentione adhibita ad Summorum Pontificum Constitutiones, quibus Anni Sancti Jubilæum Christifidelibus indicitur, et in quibus inserta quædam verba reperiuntur, quorum

# DELLE DISPUTE

XXI.

E controversie altre volte promosse circa le opere ingiunte per l'acquisto del Giubbileo, e circa le Facoltà concedute, e loro uso; le quali sono state tolte nelle precedenti Costituzioni: Lettera Circolare a' Penitenzieri e Confessori deputati in Roma per l'Anno Santo.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Delle varie controversie spettanti al Giubbileo, e come si sciolgono.

FRA le fatiche, che abbiamo fatte, e che andiamo facendo, acciò il futuro, ed imminente Anno Santo sia celebrato a dovere, ed i Fedeli conseguiscano il frutto spirituale della Santa Indulgenza, non è stata certamente l'ultima quella di vedere e leggere i libri, che trattano del Giubbileo dell' Anno Santo, che non sono pochi. Leggendoli, abbiamo osservato, che alcuni trattano, e risolvono le controversie, badando unicamente a quanto hanno scritto i loro predecessori, e risolvendo i punti giusta ciò, che loro sembra conveniente, e adattato al loro modo d'intendere, senza punto badare alle Costituzioni de' Sommi Pontefici, nelle quali s'indice ai Fedeli il Giubbileo dell' Anno Santo, e nelle quali si trovano inserite alcune parole, che vanno levando le precedenti eccitate questioni. Altri Autori poi vi sono, che accuratamente considerando le parole delle dette Bolle Pontificie, non lasciano di ben pesarle, dando in sequela d'esse per superate e tolte di mezzo le

ANNO JUBILÆI. beneficio quæstiones ante exortæ commodè et opportunè explanantur. Alii contra, earumdem Constitutionum verba accuratè considerantes, dum illa ritè ponderare non prætermittunt, ex eisdem quæstionum ipsarum solutiones deducunt, atque eas difficultates de medio tollunt, quæ ab illis excitatæ fuerant, qui vel ante scripserunt, quam Constitutiones ipsæ prodirent, in quibus opportuna verba inserta sunt, quorum vigore excitatæ jam difficultates evanescunt; vel qui si posterius scripserunt, nullam in scribendo, ut par erat, adhibuerunt ad Pontificiarum Constitutionum verba mentis applicationem. Hunc, qui prope jam instat, Magni Jubilæi Annum, si Divinæ Majestati placuerit vitam nostram ad illud usque tempus perducere, tertium numerabimus ex iis, quos Nos in hac Urbe celebratos vidimus: nec immemores sumus disputationum, et quæstionum, quæ non sine aliqua contentione agitabantur inter Confessarios, Romæ primùm, deinde etiam foris, postquam, peracta hìc Anni Sancti celebratione, Jubilæum ad alia loca transmittitur. Eâ igitur de causa, Nos opportunam operam dedimus, primùm ut in Constitutionibus, quas de Anni Sancti Jubilæo publicavimus, ea verba insereremus, quæ non minus a Nobis, quam ab iis Doctoribus, qui ante Nos scripserunt, talia reputantur, quæ excitatas prius difficultates vi sua dissolvant; deinde verò, cum quæstiones aliquæ adhuc indecisæ remanerent, quæ a solis verbis in Constitutionibus insertis solutæ dici non poterant; aliquot etiam pro hisce Declarationes facere non prætermisimus. Non tamen idcirco Nobis certò pollicemur, omnia Nos omnino dubia diluisse, quæ suboriri possint hominibus ingenio nimis ad Metaphysicas subtilitates prono, quæ quidem, quantum in speculativis rebus afferunt usum, tam magno sunt in Moralibus Disciplinis incommodo. Illud tamen speramus, tantum Nos hac via profecisse, ut per eam aliis, quibus plusquam Nobis otii sit, liberior ac latior ad

difficoltà promosse da quelli, o che hanno scritto prima che emanassero le Costituzioni, nelle quali sono inserite le parole opportune, in vigore delle quali restano tolte le difficoltà già eccitate; o che, se hanno scritto dopo, hanno scritto senza le dovute riflessioni alle parole delle Apostoliche Costituzioni. Il prossimo Anno Santo, se piacerà al Grande Iddio di prolungarci la vita sino a quel tempo, sarà il terzo Anno Santo, che Noi avremo veduto celebrarsi in Roma: e ben ci ricordiamo delle dispute, e questioni, che con qualche impegno si ventilavano fra i Confessori di Roma, e di poi tra li Confessori fuori di Roma, quando, terminata quì la celebrazione dell' Anno Santo, si trasmette ai luoghi fuori di Roma il Giubbileo. Ci siamo ingegnati nelle Costituzioni, che abbiamo fatte sopra l' Anno Santo, d' inserirvi quelle parole, che non meno da Noi, che dai Dottori, che hanno seritto prima di Noi, sono stimate di tal valore, che levano le difficoltà precedentemente eccitate. Abbiamo pur fatte alcune dichiarazioni sopra alcune questioni, che restavano indecise, e che non potevano dirsi risolute in sequela delle sole parole inserite nelle Costituzioni. Ma non perciò ci lusinghiamo d' avere sciolti tutti i dubbj, che possono venire in capo agli uomini di cervello troppo sottile, e metafisico; qualità quanto buona per le materie specolative, altrettanto incomoda per le materie morali. Speriamo però di aver fatto qualche cammino, che potrà forse proseguirsi con maggiore ampiezza da altri men occupati di Noi. Ed acciò, quanto abbiamo fatto, e quanto abbiamo pensato, riesca utile agli altri, e particolarmente ai Confessori, e direttori d'anime, indirizziamo a Voi, o diletti Figli, questa nostra Lettera Circolare, adempiendo in questo modo la promessa, che facemmo nella nostra Allocuzione Concistoriale pronunziata da Noi nel Concistoro tenuto ai 5. di Maggio dell' anno corrente 1749. Ed acciò si escluda ogni confusione, e si proceda col dovuto ordine, tratte-

ANNO JUBILÆI.

ANNO JUBILÆI.

iter persequendum semita recludatur. Ut verò hæc quæcumque egimus, ac meditati sumus, in cæterorum commodum, et in præcipuam Confessariorum præsertim, et eorum, qui animarum curam gerunt, utilitatem evadant; ad Vos, Dilecti, Filii, Encyclicas hasce nostras Litteras dirigimus, adimplentes hoc modo, quod polliciti sumus in Consistoriali Allocutione nostra, quam in Consistorio die v. Maji vertentis an. 1749. á Nobis habito pronunciavimus. Atque ut etiam confusio omnis removeatur, et debito ordine procedatur, de qualibet Constitutione super Anni Jubilæi Sancti per Nos ad præsentem usque diem publicata singillatim agemus.

## I.

*De Apostolica Constitutione, quæ incipit*, Peregrinantes, *in qua indicitur Universale Jubilæum Anni Sancti publicata die* 15. *Maji, in Festo Dominicæ Ascensionis*, 1749.

De Communione Sacramentali.

§. 1. IN hac Constitutione nostra hæc, quæ subjicimus, verba leguntur; *Verè pœnitentibus, et confessis, sacraque Communione refectis.* Primi Nos omnium sumus, qui Confessioni Communionem adjecimus, eam inter opera illa comprehendentes, quæ ad consequendas Anni Sancti Indulgentias injuncta sunt atque præscripta. Quæ verò Nos causæ moverint, ut prædicta verba adjungeremus, eas in Consistoriali Allocutione nostra expressimus, quæ in Consistorio die 5. Maji Anni 1749. habito a Nobis pronunciata fuit. Neminem autem arbitramur futurum, qui eam in medium quæstionem adducat, num videlicet sub nomine Sacræ Communionis, Sacramentalis Communio, an verò Communio spiritualis intelligatur; quoniam Sacrum Tridentinum Concilium, *Sess.* 13. *cap.* 8. trium Communionum mentionem facit, videlicet, solius Sacramentalis, quæ Communio est illorum, qui

remo a parte a parte di ciascheduna Costituzione sopra l' Anno Santo pubblicata da Noi sino al giorno presente. ANNO JUBILÆI.

I.

*Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia* Peregrinantes, *in cui s' intima l' Universale Giubbileo dell' Anno Santo pubblicata nel giorno* 15. *di Maggio, Festa dell' Ascensione del Signore*, 1749.

§. 2. IN questa nostra Costituzione si leggono le seguenti parole: *Verè pœnitentibus, et confessis, sacraque Communione refectis.* Noi siamo i primi, che alla Confessione abbiamo unita la Comunione, annoverandola fra le opere ingiunte e prescritte per conseguire le Indulgenze dell' Anno Santo. I motivi della detta aggiunta sono stati da Noi espressi nella nostra Allocuzione Concistoriale fatta nel Concistoro tenuto ai 5. di Maggio dell' anno 1749. Non crediamo, che da veruno possa eccitarsi la questione, se sotto nome di sacra Comunione intendasi la Comunione Sagramentale, o pure la Comunione Spirituale; giacchè il Sacro Concilio di Trento *sess.* 13. *cap.* 8. fa menzione di tre Comunioni; cioè della sola Sagramentale, che è quella di coloro, che la ricevono in peccato mortale; della sola Spirituale, che quella di coloro, che Della Comunione Sacramentale.

ANNO JUBILÆI.

eam in peccato lethali recipiunt; solius Spiritualis, quæ illorum est, qui summopere cupientes Panem Eucharisticum gustare, viva fide, *quæ per dilectionem operatur*, spiritualis illius fructus atque utilitatis participes fiunt; et Sacramentalis simul ac Spiritualis, quæ est illorum, qui *prius ita se probant et instruunt*, *ut vestem nuptialem induti ad divinam Mensam accedant*. Nos sub sacræ Communionis nomine Sacramentalem simul ac Spiritualem Communionem intelleximus, atque intelligimus, cum sensus verborum obvius hìc planè sit; neutiquam rati, rem tam absurdam cuiquam in mentem venire posse, ut sub nomine sacræ Communionis, sola Sacramentalis Communio intelligi possit; quemadmodum etiam opportunè a Patre Passerino *de Indulgentiis quæst.* 43. *et* 44. animadversum fuit; licet ipse scriberet quidem post damnationem ab Alexandro VII. die 7. Septembris 1665. prolatam illius propositionis: *Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ;* sed scriberet ante damnationem promulgatam a Venerabili Servo Dei Innocentio XI. die 2. Maji 1679. in alteram propositionem: *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem*.

De Confessione Sacramentali.

§. 3. In celebri illa Bonifacii VIII. Constitutione, quæ incipit *Antiquorum* sub titulo *de pœnitentiis et remissionibus in Extravagan. commun.*, ubi indicit Jubilæum Anni Sancti, hæc verba leguntur: *verè pœnitentibus*, *et confessis*, *vel qui verè pœnitebunt et confitebuntur*: et in Extravaganti *Unigenitus* Clementis VI. eodem libro, et sub eodem titulo hæc alia leguntur verba: *verè pœnitentibus*, *et confessis*. Ex hiscè autem verbis gravis est controversia quodam tempore excitata, num ad Indulgentiæ consecutionem confessio *in voto* sufficiens sit an verò confessio *in re* requiratur; quod idem est ac si diceretur, utrum ad consequendam Indulgentiam peccata Sacerdoti actualiter confiteri necessarium sit, an verò satis sit ea cum intimo

sommamente desiderando di gustare il Pane Eucaristico, con fede viva, *quæ per dilectionem operatur*, ne sentono il frutto e l' utilità; e della Sagramentale insieme e Spirituale, che è di quelli, che *prius ita se probant et instruunt, ut vestem nuptialem induti ad Divinam Mensam accedant.* Noi sotto nome di sacra Comunione abbiamo inteso ed intendiamo la Comunione Sagramentale insieme e Spirituale; essendo questo il senso ovvio delle parole, e non credendo mai, che possa cadere in mente a veruno, che possa intendersi sotto nome di sacra Comunione Sacramentale; come anche fu ben' avvertito dal P. Passerino *de Indulgentiis quæst.* 43. *et* 44., non ostante ch' esso scrivesse bensì dopo la condanna della proposizione fatta da Alexandro VII. ai 7. di Settembre 1665. *Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ;* ma scrivesse prima della condanna della proposizione, fatta dal Venerabile Servo di Dio Innocenzo 1679. *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.*

ANNO JUBILÆI.

Della Confessione Sagramentale.

§. 3. Nella celebre Costituzione di Bonifazio VIII. che incomincia *Antiquorum* sotto il titolo *de pœnitentiis et remissionibus; nell' Estravagan. comuni*, ove indice il Giubbileo dell' Anno Santo, si leggono le seguenti parole: *verè pœnitentibus, et confessis, vel qui verè pœnitebunt, et confitebuntur*: e nell' Estravagante *Unigenitus* di Clemente VI. nello stesso libro, e sotto lo stesso titolo, si leggono queste altre parole: *verè pœnitentibus, et confessis*. Da queste parole altre volte è nata una grave controversia, se basti per conseguire l' indulgenza la Confessione *in voto*, o pure si richieda la Confessione *in re;* che è lo stesso che dire, se per conseguire l' Indulgenza sia necessario il confessare attualmente al Sacerdote i peccati, o pur se

ANNO JUBILÆI.

doloris sensu, et sincero contritionis actu detestari cum confitendi proposito, confessionem interim in aliud tempus differendo, ac in Pascha præsertim, quo tempore unusquisque Fidelium, lege ab Ecclesia præscripta, sacram recipere Communionem obligatur.

§. 4. Indicata tantum, verum non decisa hujusmodi quæstio est a Card. de Lugo *de Pœnit. disp.* 27. *sect.* 6. *n.* 94. Nos eam ritè ac secundum leges discussam reperimus. Ludov. Bologninus Canonici Juris Doctor illustris famæ, in suo *de Indulg.* Tractatu, in eam inclinat sententiam, quod contritionis actus cum prædicto proposito conjunctus, sufficiens sit. Felinus Sandeus, vir suis supra Jus Canonicum scriptis item insignis, in eo, quem scripsit *de Indulgentia plenaria* Tractatu, in eamdem pariter sententiam propendet; verum contrariam tutiorem esse affirmat. Bolognini, et Felini opera in Tractatibus, qui vulgo *Magni* dicuntur, sunt impressa *tom.* 14. *edit. Venet. ann.* 1584. *pag.* 145. *a tergo*, *et pag.* 158. *a tergo.* Silvester vir in Theologica Facultate præclarus in sua summa *in verb. Indulgentia n.* 20. postquam propriam in eam sententiam propensionem ostendit, quod sufficiat confessio *in Voto;* eos qui Indulgentias consequi volunt, ad actualem Confessionem consilio suo excitat, atque in ea pariter sententia est Venerabilis Cardinalis Bellarminus *tom.* 2. *Controversiarum lib.* 1. *de Indulgentiis c.* 13. §. *Tertia quæstio.* Sanctarellus *Variar. resolut. quæst.* 76. *a n.* 7. *usque ad num.* 23., Auctores, qui pro utraque stant opinione, diligenter colligit et accuratè, ipse tamen ad consecutionem Indulgentiæ Anni Sancti actualem Confessionem requirit. Nos ad Auctores ab ipso collectos Johannem Baptistam Pauliani *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 147. *et seqq.* addemus, qui super Jubilæo Anni Sancti a Julio III. publicato scripsit; qui quidem Auctor ex vi verborum *verè pœnitentibus*, *et confessis* actualem Confessionem requiri contendit.

basti il pentirsene con un vero atto di contrizione, col proposito di confessarsene, differendo la Confessione ad altro tempo, e specialmente alla Pasqua, nel qual tempo ogni Fedele è obbligato a ricevere la sacra Comunione. ANNO JUBILÆI.

§. 4. La questione è indicata, e non risoluta dal Cardinale de Lugo *de pœnit. disp.* 27. *sect.* 6. *num.* 94. Noi la ritroviamo formalmente discussa. Lodovico Bolognino Canonista di chiaro nome nel suo Trattato *de Indulgentiis* inclina nel sentimento, che basti l'atto di contrizione col detto proposito. Felino Sandeo, uomo pure celebre pe' suoi scritti sopra il jus Canonico, in un suo Trattato *de Indulgentia plenaria*, inclina nello stesso sentimento; ma dice, che il contrario è più sicuro. Le Opere del Bolognino, e del Felino sono stampate ne' Trattati volgarmente detti *Magni*, *tom.* 14. *edit. Venet. ann.* 1584. *pag.* 145. *a terg. et pag.* 158. *a terg.* L'Insigne Teologo Silvestro nella sua Somma *in verb. Indulgentia n.* 20., dopo aver mostrata inclinazione pel sentimento della Confessione *in Voto*, consiglia l' attuale Confessione per conseguire le Indulgenze; e dello stesso sentimento ancora è il Venerabile Cardinal Bellarmino *tom.* 2. *Controversiarum lib.* 1. *de Indulgentiis cap.* 13. *§. Tertia quæstio.* Il Santarelli *Variar. resolut. qu.* 76. *a n.* 7. *usque ad n.* 23. con molta accuratezza raduna gli Autori, che stanno per l'una e per l' altra opinione, e richiede l'attuale Confessione per conseguire l' Indulgenza dell' Anno Santo. Ed agli Autori da esso radunati Noi aggiungeremo Gio: Battista Pauliani *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 147. *et seqq.*, che scrisse sopra il Giubbileo dell' Anno Santo, pubblicato da Giulio III., che sostiene, richiedersi l' attuale Confessione in vigore delle parole *vere pœnitentibus et confessis.*

ANNO JUBILÆI. §. 5. Navarrus tam celebris, qui olim opinionem, quæ sufficientem esse vult Confessionem *in voto*, secutus fuerat, Cardinalis Cajetani auctoritate permotus, in suo *de Jubilæo* Tractatu *Notabil.* 18. *n.* 1. *et seqq. et num.* 6. eam prorsus abjecit, et alterius opinionis sectator evasit, quæ requirit Confessionem actualem, quamque Fidelibus magnæ spiritualis utilitatis occasionem dedisse cognoverat. Pater Viva *de Jubilæo quæst.* 8. *art.* 3., qui per occasionem Jubilæi Anni Sancti ab Innocentio XII. publicati scripsit, et Pater Constantini in suo Tractatu *part.* 2. *art.* 5. de Anno Jubilæi a Benedicto XIII. indicti, considerant, quod sub verbo *verè pœnitentibus*, comprehenduntur peccatores contriti; verum quoniam ad verba *verè pœnitentibus* adduntur hæc alia, *et confessis*, in hisce ultimis actualis Confessio exprimitur atque præscribitur.

§. 6. Dici autem potest, quod hujusmodi opinio facta jam sit sententia Sanctæ Sedis; nam cum in Congregatione Indulgentiarum propositum, et quæsitum esset, num videlicet, quemadmodum Missionarii, qui in regionibus Infidelium morantur, licitè Sanctam Missam celebrant, præmisso contritionis actu ob grave aliquod, quod admiserint, peccatum, cum non adsit Confessarius, nec debeant die Festo Fideles Missa privari; ita consequendi Indulgentias, quæ conceduntur *verè pœnitentibus, et confessis* capaces dicendi sint facientes actum contritionis, nec præmittentes Confessionem; Congregatio prædicta respondit, nequaquam eos esse capaces, verùm Summo Pontifici supplicari debere, ut nova eos gratia capaces reddat, ut, non facta actuali Confessione propter deficientiam Confessarii, solo contritionis actu ad consequendas Indulgentias habiles evadant. Hanc verò resolutionem Clemens XII. Prædecessor Noster approbavit, et gratiam impertitus fuit. Documenta referuntur in Opere P. Theo-

§. 5. Il Navarro tanto rinomato, che una volta avea seguitata l'opinione, che basti la Confessione *in voto*, mosso dall' autorità del Cardinale Gaetano, nel suo Trattato del Giubbileo *Notabil.* 18. *num.* 1. *et seqq. et num.* 6. l'abbandonò; e divenne invitto seguace dell' opinione, che richiede l'attuale Confessione; riferendo il gran bene, che sapeva esser provenuto dalla pratica dell' opinione, che richiede l'attuale Confessione. Il Padre Viva *de Jubilæo qu.* 8. *art.* 3., che scrisse nell' occasione del Giubbileo dell' Anno Santo pubblicato da Innocenzo XII, ed il P. Costantini nel suo Trattato *part.* 2. *art.* 5. dell' Anno Santo pubblicato da Benedetto XIII. considerano, che sotto la parola *vere pœnitentibus* sono compresi i peccatori contriti, ma che aggiungendosi alle parole *verè pœnitentibus*, le altre *et confessis*, in queste ultime viene prescritta la Confessione attuale.

§. 6. Può dirsi questa opinione diventata sentimento della Santa Sede: imperocchè essendo stato proposto nella Congregazione delle Indulgenze il quesito, se siccome i Missionarj, che stanno ne' paesi degl' Infedeli, celebrano lecitamente la Santa Messa, premesso un' atto di contrizione, per qualche peccato commesso, non essendovi Confessore, con cui possano confessarsi, e non dovendo i Fedeli restar senza Messa nel giorno di Festa; così debbano dirsi capaci di conseguir le Indulgenze concedute *vere pœnitentibus et confessis*, facendo un' atto di contrizione, e non premettendo la Confessione; la detta Congregazione rispose, non esserne essi capaci, ma doversi pregare il Sommo Pontefice di renderli capaci con nuova grazia, acciò contriti, senza essersi confessati, mancando il Confessore, restino abilitati a conseguire le dette Indulgenze. Ed il nostro Predecessore Clemente XII. approvò la risoluzione, e concesse la grazia. I documenti sono riferiti nell'. Opera del Padre Teodoro Consultore della

ANNO JUBILÆI. dori ejusdem Congregationis Indulgentiarum Consultoris *de Indulgent. part.* 1. *cap.* 11. *art.* 5. *in fine.*

§. 7. Nos hac formula *verè pœnitentibus*, *et confessis*, Confessionem actualem intelleximus, semperque intelligemus, quam inter præscripta, et adimplenda opera ad consequendas Indulgentias necessaria reponimus. Dicere, quod sic intelleximus, et intelligimus, sufficiens fortasse fuisset; verùm quæ ante exposuimus, ea de causa exponere opportunum existimavimus, ut fundamenta agnoscantur, quibus nostra innixa sententia est.

De visitatione Basilicarum.

§. 8. Prosequitur Constitutio *Peregrinantes*, atque in ipsa post præscriptas quatuor Basilicarum, videlicet Sancti Petri, S. Pauli, S. Johannis in Laterano, et S. Mariæ Majoris visitationes, subjungitur, quod dicta visitatio fiat *semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani vel incolæ Urbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies*, quibus verbis, ritè, et, ut Nos intelligimus, intellectis, quæstiones duæ aliàs excitatæ de medio tolluntur.

§. 9. Prima, num, quemadmodum quatuor Basilicarum visitatio vigore Constitutionis interpolatis diebus fieri potest, velut, exempli gratia, fieri potest una visitatio quatuor Basilicarum decima die mensis Januarii, alia verò visitatio quatuor Basilicarum die 15.; ita fieri possit; exempli gratiâ visitatio duarum Basilicarum in uno die, et visitatio duarum aliarum Basilicarum in altero die, usque ad completum triginta, vel quindecim respective visitationum pro unaquaque Basilica numerum.

§. 10. Verba *saltem semel in die* etiam in citata Bonifacii VIII. Decretali *Antiquorum* leguntur: Glossator autem ad prædicta verba,

detta Congregazione delle Indulgenze *de Indulgentiis part. 1. cap. 11. art. 5. in fine.*

ANNO JUBILÆI.

§. 7. Noi sotto nome di *vere pœnitentibus, et confessis*, abbiamo inteso, e sempre intenderemo l' attuale Confessione, che riponiamo fra le opere ingiunte da adempirsi per conseguire le Indulgenze. Sarebbe forse bastato il dire, che così abbiamo inteso ed intendiamo; ma abbiamo creduto opportuno l' esporre quanto poc' anzi abbiamo esposto, acciò si riconoscano i fondamenti, a' quali resta appoggiato il nostro sentimento.

Della Visita delle Basiliche.

§. 8. Prosiegue la Bolla *Peregrinantes*, ed in essa, dopo essersi prescritta la visita delle quattro Basiliche, cioè di San Pietro, di San Paolo, di San Giovanni in Laterano, e di S. Maria Maggiore, si aggiunge, che la detta visita si faccia *semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel incolæ Urbis; si verò peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies* : colle quali parole ben intese, e come Noi le intendiamo, si tolgono di mezzo due questioni altre volte eccitate.

§. 9. La prima, se, siccome la visita delle quattro Basiliche si può fare a tenore della Costituzione in giorni interpolati, come per esempio si può fare una visita delle quattro Basiliche a' 10. del mese di Gennajo, ed un' altra visita delle quattro Basiliche a' 15., così possa farsi la visita per esempio di due Basiliche in un giorno, e la visita di due altre Basiliche in un' altro giorno, sinchè sia compiuto il numero delle trenta, o respettivamente quindici visite per ciascheduna Basilica.

§. 10. Le parole *saltem semel in die*, si leggono ancora nella citata Decretale di Bonifazio VIII. *Antiquorum* : ed il Chiosatore commen-

ANNO JUBILÆI.

ea commentans, attestatur, quod dictus Pontifex in Consistorio declaravit, prædictarum Basilicarum visitationes per modum nuper indicatum fieri posse, dummodo numerus visitationum uniuscujusque Basilicæ trigesimus sit quo ad Romanos, et decimus quintus quoad Exteros. Si ponamus, quod factum a Glossatore relatum subsistat; dici debere putamus, Pontificem Bonifacium non quidem declarasse, quod talis esset verborum sensus *saltem semel in die*, verùm pro speciali gratia concessisse, ut, non obstante contraria Decretalis suæ dispositione, Ecclesiarum visitationes modo ante indicato fieri possent. Et sane quotquot subsequentibus temporibus super Bullis de Anni Sancti Jubilæo scripserunt, in quibus semper verba *saltem semel in die*, reperiuntur, vim locutionis expendentes, quod dicitur *in die* in singulari, et non *in diebus* in plurali, fieri debere visitationes quatuor Basilicarum in uno die dixerunt. Videri possunt Navarrus *de Jubilæo, et Indulgentiis notab.* 32. *num.* 41., et Benzonius *de anno Jubilæi lib.* 5. *dub.* 5. Ita pariter disserunt Sanctarellus *variar. Resolut. quæst.* 75. *n.* 1. *et seq.* Lavorius *de Jubil. et Indulgent. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. Quartus *Trattato del Giubbileo punt.* 2. *dub.* 1. Passerinus *de Indulgentiis quæst.* 49. *n.* 363. Pasqualigo *de Jubilæo quæst.* 45. Riccius *Trattato del Giubbileo cap.* 117. qui ulterius adjunxit, quod quando a Summis Pontificibus Basilicæ per Annum Sanctum visitantur, quatuor simul in uno die visitantur.

§. 11. Nihilominus per occasionem Anni Sancti 1700. a Pontifice Innocentio XII. promulgati opportunum factu visum fuit, in particulari Congregatione ex variis Cardinalibus, et Prælatis composita, iterum examini supradictum dubium committere, num videlicet visitatio quatuor Basilicarum in unico tantùm die fieri deberet, an verò fieri diebus interpolatis posset, duas exempli gratiâ Ecclesias uno die, alteras verò

tando le dette parole, attesta, che il detto Pontefice in Concistoro dichiarò potersi fare le visite delle Basiliche nel modo poc' anzi accennato, cioè d'una Basilica in un giorno, e d'un' altra in un' altro, purchè il numero delle visite di ciascheduna Basilica sia il trentesimo, quanto ai Romani, ed il decimoquinto quanto ai Forestieri. Quando sussista il fatto riferito dal Chiosatore, crediamo doversi dire, che il Pontefice Bonifazio non già dichiarò, che tale fosse l'intelligenza delle parole *saltem semel in die*, ma che concedette per grazia particolare, che, non ostante la contraria disposizione della sua Decretale, potessero farsi le visite delle Chiese nel modo accennato. Ed in fatti quanti hanno scritto ne' tempi susseguenti sopra le Bolle del Giubbileo dell' Anno Santo nelle quali sempre si ritrovano le parole *saltem semel in die*, valutando dirsi *in die* in singolare, e non *in diebus* in plurale, hanno detto, doversi fare la visita delle quattro Chiese in un giorno. Si possono vedere il Navarro *de Jubilæo*, *et Indulgentiis notab.* 32. *num.* 41., ed il Benzonio *de anno Jubilæi lib.* 5. *dub.* 5. Così pure discorrono il Santarelli *Variar. Resolut. quæst.* 75. *n.* 1. *et seq.* il Lavorio *de Jubilæo, et Indulgentiis part.* 1. *cap.* 17. *n.* 5. il Quarti *Trattato del Giubbileo punt.* 2. *dub.* 1. il Passerino *de Indulgentiis quæst.* 49. *n.* 363. il Pasqualigo *de Jubilæo quæst.* 45. il Ricci *Trattato del Giubbileo cap.* 117., che di più aggiunse, che visitandosi da' Sommi Pontefici le Basiliche nell' Anno Santo, si visitano tutte quattro in un giorno.

ANNO JUBILÆI.

§. 11. Ciò non ostante, fu creduto ben fatto nell' occasione dell' Anno Santo del 1700. intimato dal Pontefice Innocenzo XII. il sottoporre ad un nuovo esame in una Congregazione particolare composta di varj Cardinali, e Prelati il sopradetto punto, se la visita delle quattro Chiese dovesse farsi in un sol giorno, o pure potesse farsi in giorni interpolati, visitando per esempio due Chiese in un giorno, e due in un

ANNO JUBILÆI. duas alio die visitando. Concordi sententia decisum fuit, quod omnes in uno die fieri deberent. Atque ita pariter in Notificatione a Cardinali Gaspare de Carpineo tunc temporis Urbis Vicario publicata indictum fuit. Tam nomina eorum, qui Congregationi interfuerunt, quam ipsa Resolutio registrata sunt a Joanne Baptista Riganti Comment. ad Regulas Cancell. *Tom.* 4. *ad Reg.* 53. *a n.* 22. *usque ad finem.* et Declaratio ipsa a P. Viva *de Indulgent. pag.* 668. *edit. Patavin. ann.* 1715. typis impressa, atque etiam a P. Vanranst *Opuscul. de Indulg. et Jub. quæst.* 7. *n.* 10. indicata reperitur. Nos demum, communi, atque obvio verborum sensui *saltem semel in die*, communi Doctorum opinioni, ac præcedentibus Resolutionibus adhærentes, protestamur, Nos in Constitutione nostra, *Peregrinantes*, visitationem quatuor Basilicarum in uno die fieri debere intellexisse.

De die, in quo fieri debent Visitationes quatuor Basilicarum.

§. 12. Altera autem controversia est, quæ respicit mensuram diei, in quo, quemadmodum dictum est, quatuor Basilicarum visitatio fieri debet. Quidam a media præcedenti nocte, ad alteram mediam noctem diei subsequentis metiendum esse existimarunt; exempli gratiâ, a media nocte diei Jovis usque ad mediam noctem diei Veneris subsequentis. Alii porrò crediderunt diem metiendum esse a Vesperis diei præcedentis ad Vesperas diei subsequentis, exempli gratiâ, a Vesperis diei Jovis usque ad alteras Vesperas diei Veneris subsequentis, quod idem est ac si dicatur, usque ad principium noctis, sive ad vigesimam quartam horam diei Veneris, quoniam Completorium orationum diei complementum est.

§. 13. Hæc controversia per occasionem Anni Sancti a Clemento X. celebrati examinata, at non decisa fuit, quemadmodum Phœbæus *de Anno Jubilæi part.* 2. *c.* 15. *pag.* 241. testatur. Iterum postea per Annum Sanctum ab Innocentio XII. indictum novo examini commissa est. Rigantius *loco citato* ei adhæsit opinioni, quod

altro; e concordemente fu risoluto, che dovevano farsi tutte in un giorno: e così ancora fu intimato in una Notificazione pubblicata dal Cardinale Gasparo di Carpegna, in que' tempi Vicario di Roma. I nomi degl' intervenienti alla Congregazione, e la risoluzione della medesima sono registrati da Gio: Battista Riganti sopra le Regole della Cancellaria *Tom.* 4. *ad Regulam* 53. *ann.* 22. *usque ad fin.* e la Dichiarazione si ritrova stampata dal Padre Viva *de Indulgentiis pag.* 668. *edit. Patavin. a n.* 1715. ed anche indicata dal Padre Vanranst *Opuscul. de Indulgentiis, et Jubilæo quæst.* 7. *num.* 10. E Noi, aderendo all' ovvia intelligenza delle parole, *semel saltem in die*, alla comune opinione de' Dottori, ed alle precedenti risoluzioni, nella nostra Costituzione *Peregrinantes*, ci protestiamo d'aver inteso, doversi far la visita delle quattro Chiese in un giorno. ANNO JUBILÆI.

§. 12. La seconda controversia risguarda la misura del giorno, in cui, come si è detto, dee farsi la Visita delle quattro Chiese. Alcuni hanno creduto doversi misurare il giorno dalla mezza notte precedente all' altra mezza notte del giorno susseguente, per esempio, dalla mezza notte del Giovedì sino alla mezza notte del Venerdì susseguente. Altri poi hanno creduto doversi il giorno misurare dai Vespri del giorno precedente ai Vespri del giorno susseguente, per esempio, dai Vespri del Giovedì sino agli altri Vespri del Venerdì susseguente; che è lo stesso, che dire sino al principio della notte, o sia alle ventiquattr' ore del Venerdì, giacchè la Compieta è il compimento delle orazioni del giorno. Dal giorno, in cui debbono visitarsi le quattro Basiliche.

§. 13. Fu esaminata questa controversia nell' occasione dell' Anno Santo celebrato dal Pontefice Clemente X. e non fu risoluta, come attesta il Febei *de Anno Jubilæi par* 2. *cap.* 15. *pag.* 241. Fu sottoposta a novo esame nell' occasione dell' Anno Santo intimato da Innocenzo XII. Il Riganti *nel luogo citato* aderì all' opi-

ANNO JUBILÆI.

dies illi a primis Vesperis usque ad Vesperas diei sequentis computari deberent. Nec omisit validissimas pro suo assumpto rationes afferre; illud valde ad rem animadvertens, quod Portæ Sanctæ in pervigilio Nativitatis Domini Nostri ante Vesperas aperiuntur, et in subsequenti altero Nativitatis Domini Pervigilio post Vesperas, id est prope occasum Solis clauduntur. Hujusmodi rationes tam ab aliquibus, qui in Congregatione interfuerunt, quàm ab aliis, quorum sententias Congregatio ipsa requisivit, et laudatæ, et receptæ fuerunt. Alii verò partim ex Congregatione, partim etiam ex iis, qui ab eadem Congregatione consulti sunt, in eam sententiam iverunt, quod dies ab una ad alteram mediam noctem metiendus esset. Hæc autem sententia vicit, ut apud ipsum Riganti videre est; et in citata Cardinalis de Carpineo Vicarii Notificatione declaratum fuit, diem ab una ad alteram mediam noctem incipere, et desinere intelligi debere. Nos verò, ut Fideles per imminentem Annum Sanctun visitationem quatuor Basilicarum facilius adim plere possint, omnem in Constitutione nost disputationem de medio sustulimus, declarante quod visitatio quatuor Basilicarum vel uno, v altero modo fieri possit; videlicet aut ab un ad alteram mediam noctem, aut a Vesperi diei præcedentis usque ad subsequentis diei ve spertina crepuscula.

De Confluentibus, qui Visitationes præscriptas adimplere nequeunt.

§. 14. Postremo verò in citata Constitutio *Peregrinantes* decernitur, quod ii, qui iter R mam versus susceperunt, vel qui cum ad i sam pervenerint, non possunt vel comple vel incipere visitationem Basilicarum, sive mo præventi, sive alia legitima causa impediti, ga deant fructu Indulgentiæ, dummodo pœnitent sint, Confessionem fecerint, et Sanctam Et charistiam receperint: *Eosdem verè pœnite tes, et confessos, ac Sacra Communione refe tos, prædictæ Indulgentiæ, et remissionis pa.*

nior

nione, che il giorno dovesse computarsi dai primi Vespri sino ai Vespri del giorno seguente. Non mancò di portare validissime ragioni pel suo assunto, riflettendo molto a proposito, che le Porte Sante si aprono nella Vigilia della Natività di Nostro Signore avanti i Vespri, e si chiudono nella susseguente Vigilia della Natività del Signore dopo i primi Vespri, cioè vicino al tramontare del Sole. Furono queste ragioni pregiate, ed abbracciate da alcuni, che intervennero alla Congregazione, e da altri, i sentimenti de' quali furono dalla stessa Congregazione richiesti. Altri poi della Congregazione, ed anche de' consultati dalla stessa Congregazione, seguitarono la sentenza, che il giorno dovesse misurarsi da una mezza notte all' altra mezza notte. Prevalse questa opinione, come può vedersi nello stesso Riganti; e nella citata Notificazione del Cardinale di Carpegna Vicario, fu dichiarato, che il giorno debba intendersi cominciare e finire da una mezza notte all' altra. Ma Noi, acciò possano i Fedeli più facilmente adempire la visita delle quattro Basiliche nell' imminente Anno Santo, abbiamo nella nostra Costituzione tolta di mezzo ogni disputa, dichiarando, che la visita delle quattro Basiliche possa farsi o nell' una, o nell' altra maniera, cioè o da una mezza notte, all' altra mezza notte, o dai Vespri del giorno precedente sino a' vespertini crepuscoli del giorno susseguente.

ANNO JUBILÆI.

§. 14. Finalmente nella citata Costituzione *Peregrinantes* viene stabilito, che quelli, che hanno intrapreso il viaggio per Roma, o che arrivati a Roma non possono o compire, o incominciare la visita delle Basiliche, prevenuti dalla morte, o impediti per altra legittima causa, godano il frutto dell' Indulgenza, purchè siano penitenti, abbiano fatta la Confessione, ed abbiano ricevuta la santa Eucharistia: *Eosdem verè pœnitentes, et confessos, ac Sacra Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ, et*

De' Confluenti, che non possono adempiere le Visite prescritte.

ANNO JUBILÆI. *ticipes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a nobis præscriptis re ipsa visitassent.*

§. 15. Pontifex Bonifacius VIII. in sua pluries a Nobis citata Decretali : *Antiquorum*, in qua Annum Sanctum indicit, prædictam declarationem Advenarum, seu Peregrinorum comprehensivam non inseruit; orta proinde controversia fuit : num ipsi in prædictis circumstantiis Indulgentias consequuti essent? Quapropter ipse Pontifex verbalem in Consistorio Declarationem in favorem Advenarum facere necessarium duxit, quemadmodum Glossator Decretalis : *Antiquorum, vers. sed quæro : aliquis verè pœnitens, et confessus*, inter Extravagantes Communes, testatur. Altera deinde fuit Quæstio excitata : num, sine prædicta declaratione, illi, qui ad proficiscendum Romam parati, sive ad eandem iter ingressi erant, quive cum Romam pervenissent, præscriptam tamen Basilicarum visitationem aut incipere, aut complere non potuissent, dummodo peccatorum suorum pœnitentes, et confessi forent, Jubilæi Indulgentias consequerentur? Nec defuit, qui ejus esset opinionis, quod eam consequerentur. Melioris tamen notæ, ac famæ Doctores in contraria sententia fuerunt, ea ducti ratione, quod ad consecutionem Indulgentiæ non sola voluntas satis sit, sed necessariò effectus requiratur. Ita disserit Felinus in suo *de Indulgentiis* Tractatu *inter Tractatus Magnos cit. tom.* 14. *pag.* 159. *a tergo num.* 36. Hoc idem assumptum variis argumentis probavit etiam supra citatus Johannes Baptista Pauliani *lib.* 3. *de Jubilæo cap.* 5. Similis Controversia a S. Thoma *Quodlibet.* 2. *art.* 16. pertractatur, ubi hanc quæstionem proponit : utrum scilicet is, qui, Cruce sumpta, profecturus ad recuperationem Terræ Sanctæ, pro qua insigni actione Indulgentiam consequebatur Plenariam, consequeretur eam, si in statu veræ pœnitentiæ constitutus, morte præoccuparetur, antequam itineri se committe-

*remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a Nobis præscriptis re ipsa visitassent.* ANNO JUBILÆI.

§. 15. Il Pontefice Bonifacio VIII. nella più volte citata sua Decretale *Antiquorum*, in cui intima l'Anno Santo, non inserì la predetta dichiarazione comprensiva de Forestieri, o siano Pellegrini; e però nacque la controversia, se essi nelle dette circostanze avessero conseguita l'Indulgenza; per lo che esso fu necessitato a fare una verbale dichiarazione in Concistoro favorevole ai Forestieri, come attesta il Chiosatore della Decretale *Antiquorum, vers. sed quæro: aliquis verè pœnitens, et confessus*, fra l' Estravaganti Communi. Eccitossi di poi la questione, se, senza la detta dichiarazione, quelli, che disposti a venire a Roma, ed avendo anche intrapreso il viaggio, o pure giunti a Roma, non avendo potuto o incominciare, o finire la visita prescritta delle Basiliche, purchè fossero pentiti delle loro colpe, e si fossero confessati, conseguissero l'Indulgenza del Giubbileo? Ne mancò chi opinasse, che la conseguivano. I più accreditati furono di sentimento contrario; non conseguendosi l'indulgenza per la sola volontà, ma essendo necessario l'effetto. Così discorre il Felino nel suo Trattato *de Indulgentiis, inter Tractatus Magnos citat. tom.* 14. *pag.* 159. *a tergo num.* 36. Il soppraccitato ancora Giovvanni Battista Pauliani *lib.* 3. *de Jubilæo cap.* 5. provò questo stesso assunto con varj argomenti. Una simile controversia si tratta da S. Tommaso *Quodlibet.* 2. *art.* 16. ove cerca, se chi aveva presa la Croce per portarsi alla ricupera di Terra Santa, per la quale insigne azione conseguiva l'Indulgenza plenaria la conseguisse, se essendo in istato di vera penitenza, morisse prima d' intraprendere il viaggio: Ed il Santo la risolve dicendo: che è d' uopo ben osservare il Testo della concessione dell' Indulgenza; perchè se nel Testo si dice, che l'Indulgenza si concede a chi prende la Croce, il Cro-

ANNO JUBILÆI.

ret? Sanctus verò Doctor controversiam eandem solvit dicendo : opus esse, verba Textus concessionis Indulgentiæ ritè observare; quoniam, si in Textu dicitur, quod Indulgentia conceditur sumentibus Crucem; Crucesignatus statim acquirit Indulgentiam, ejusque particeps fit, si moritur, antequam itineri se commiserit; verùm si in Textu Concessionis Indulgentiæ, ipsa conceditur illis, qui mare transierint; Crucesignatus, qui mortem ante obit, quàm mare transeat, Indulgentiam non consequitur.

§. 16. Pontifex Clemens VI. qui ille fuit, a quo Jubilæi Annus a centesimo quoque Anno per Bonifacium VIII. præfixo ad quinquagesimum reductus fuit, in Decretali sua : *Unigenitus : De Pœnitentiis, et Remissionibus inter Extravagantes Communes*, primus omnium supradictam Declarationem in Peregrinorum, atque Advenarum favorem scripto mandavit, et in sua Decretali registravit, atque in eamdem inseruit; quocirca celebris Jurisconsultus Johannes de Anania Archidiaconus Bononiensis in suo de Jubilæo Tractatu sub Rubrica *de Sortilegiis*, postquam quatuordecim Dubia ad Jubilæi materiam spectantia examinanda proposuit, *num.* 9. hoc quod sequitur, reponit : *Dubitatur de illo, qui ivit usque ad mediam viam, et non potuit ulterius ire; de illo, qui non implet numerum dierum*. Huic autem dubio ita respondet : *Ista tolluntur in Bulla præcedenti*, quæ est Clementis VI. superius ab ipso commemorata. Eadem Declaratio invenitur in Constitutionibus, et indictionibus Anni Jubilæi, Pontificum, qui successerunt. Nos etiam, ad omnes controversias tollendas, exemplo eorum libenter adhæsimus, et eam propterea in Constitutione nostra *Peregrinantes* inseruimus: Illud tamen animadvertendum, quod hæc Declaratio Advenas tantummodo comprehendit, nec ad Romanos, aut Romæ incolas extenditur, quemadmodum bene etiam a Benzonio *de Anno Jubilæi lib.* 5. *dub.* 10. fuit observatum; Cum Romanis, aut Romæ

cesignato subito acquista l'Indulgenza, e n' è partecipe; se muore anche prima d' essersi posto in viaggio; ma se nel Testo della concessione del l' Indulgenza, essa si concede a quelli, che passeranno il mare, il Crocesignato, che muore prima di passare il mare, non conseguisce l'Indulgenza. ANNO JUBILÆI.

§. 16. Il Pontefice Clemente VI. che fu quello, che ridusse il Giubbileo dai cento anni prefissi da Bonifazio VIII. ai cinquanta, nella sua Decretale *Unigenitus*, sotto il Titolo *de Pœnitentiis, et Remissionibus* fra *l'Estravaganti comuni*, fu il primo, che pose in carta, e registrò nella Decretale suddetta la dichiarazione favorevole ai Pellegrini o Forestieri, avendola inserita nella sopradetta sua Decretale; e però il celebre Giurisconsulto Giovanni di Anania Archidiacono de Bologna nel suo Trattato *de Jubilæo*, sotto la Rubrica *de sortilegiis*, dopo aver proposto quattordici dubbj, da esaminarsi spettanti alla materia del Giubbileo, *nel n.* 9. ripone il seguente: *Dubitatur de illo, qui ivit usque ad mediam viam, et non potuit ulterius ire; de illo, qui non implet numerum dierum;* ed a questo dubbio risponde così: *Ista tolluntur in Bulla præcedenti*, che è quella di Clemente VI. di sopra da esso commemorata. Ritrovasi nella Costituzioni, ed intimazioni degli Anni Santi de' Pontefici Successori la stessa dichiarazione. E Noi per levare tutte le controversie abbiamo ben volontieri aderito al loro esempio, avendola inserita nella nostra Costituzione *Peregrinantes*; coll' avvertenza però, che questa dichiarazione comprende unicamente i Forestieri, e non s'estende ai Romani, o agli abitatori di Roma, come anche fu ben osservato dal Benzonio *de Anno Jubilæi lib.* 5. *dub.* 10. provedendosi ai Romani, ed abitanti in Ro-

ANNO JUBILÆI.

incolis, visitationes Basilicarum facere non valentibus, sive impeditis, alia quadam ratione, ut alibi ostendetur, provisum sit.

## II.

*De Constitutióne, quæ incipit:* Cum Nos nuper, *signata die* 17. *Maji* 1749.

De suspensione Indulgentiarum durante Anno Sancto.

§. 17. IN primis quinque Jubilæis alias Indulgentias, aut etiam facultates absolvendi a casibus reservatis, suspensas fuisse minimè legitur; et omnium primus, qui per occasionem Anni Sancti prædictam suspensionem faceret, fuit Pontifex Sixtus IV. sicut in ejus Decretali: *Quemadmodum*, sub titulo: *De pœnitentiis et remissionibus*, in Extravagantibus Communibus videre est; atque id ea maximè de causa, ut Fideles Romam ad consequendam Plenariam Indulgentiam, quam ipse per Annum Sanctum eisdem offerebat, invitaret; cujus postea exemplo, qui successerunt, Pontifices sese conformarunt. Quidam ex his suspensionem Indulgentiarum, et Facultatum in eadem Bulla, qua Jubilæum Anni Sancti indicebant, inseruerunt. Ita fecit Sixtus IV. Alexander VI. præstitit idem, sed per separatam Constitutionem. Sixti IV. exemplum in omnibus secuti sunt tum Clemens VII. tum Julius III. ut ex Jubilæi Bullis apparet. At Gregorius XIII. ille fuit, qui suspensionem per Bullam a Jubilæi Bulla separatam restituit, quemadmodum ab Alexandro VI. factum fuerat, atque eo postea modo deinceps continuatum est. Sairo, Valentia, Salas a P. Baldello *tom.* 1. *Theolog. Moral. lib.* 5. *de lege disp.* 16. *num.* 8. nominati, et probati, prædictam suspensionem superfluam esse dixerunt, cum illa Sixti IV. in Jure Canonico jam inserta esset, sicuti nuper dictum est. Probè Nos scimus, non solùm illis Decretalibus honorem habendum esse, quæ in Collectionibus jussu Gregorii IX., Bonifacii VIII. et Clementis V. factis,

ma, impediti, ed impotenti a far le visite delle Basiliche, in altra maniera, come altrove vedrassi.

ANNO JUBILÆI.

## II.

*Della Costituzione, che incomincia :* Cum Nos nuper, *segnata ai* 17. *di Maggio* 1749.

Della sospensione delle Indulgenze durante l' AnnoSanto.

§. 17. NE' primi cinque Giubbilei non si legge, che fossero sospese le altre Indulgenze, nè tampoco le altre facoltà d'assolvere da' casi riservati, ed il primo, che facesse la detta sospensione per l' occasione dell' Anno Santo, fu il Pontefice Sisto IV, come si vede nella sua Decretale : *Quemadmodum* sotto il titolo *de pœnitentiis et remissionibus* nell' Estravaganti comuni, per invitare i Fedeli a venire a Roma e conseguire la Plenaria Indulgenza, che esso nell' Anno Santo lor' offeriva; al di cui esempio aderirono gli altri suoi Successori. Alcuni inserirono la sospensione delle Indulgenze e facoltà nella stessa Bolla, in cui indicevano il Giubbileo dell' Anno Santo. Così praticò Sisto IV. : Alessandro VI. fece lo stesso, ma per Costituzione separata. L' Esempio di Sisto IV. in tutto e per tutto fu seguitato da Clemente VII., e da Giulio III., come apparisce dalle Bolle de' Giubbilei. E Gregorio XIII. fu quello, che rimise in piedi la sospensione in Bolla separata da quella del Giubbileo, come aveva fatto Alessandro VI. e così poi si è proseguito in avvenire. Il Sairo, il Valenza, il Salas nominati, e seguitati dal Padre Baldello *tom.* 1. *Theolog. Moral lib.* 5. *de Lege disp.* 16. *num.* 8. dissero, esser superflua la detta sospensione, essendo già inserita nel Diritto Canonico quella di Sisto IV. come poc' anzi si è detto. Noi ben sappiamo doversi rispettare non solo quelle Decretali, che sono inserite nelle Collezioni fatte per ordine di Gregorio IX., di Bonifazio VIII. e di Clemente V. ma ancora le altre, che si dicono Estrava-

ANNO JUBILÆI. insertæ sunt, verùm et aliis, quæ dicuntur Extravagantes Communes, inter quas ea Sixti IV., quam indicavimus, reperitur; quia licet harum collectio auctoritate privata facta fuerit; fons nihilominus, a quo profluunt et originem ducunt, idem est ac omnium aliarum: cum tam illæ, quam hæ ab eadem Apostolica Sede derivatæ sint; quemadmodum etiam Venerabilis Frater vivens Episcopus Feltrensis in eximio suo Opere *Institution. Juris Canonici cap.* 59. *num.* 8. novissimè in lucem edito valde apposité animadvertit; verùm considerantes Nos, non esse saltem rationi incongruum dubitare, num suspensio Indulgentiarum, et Facultatum a Sixto IV. facta, revocata sit; hinc orta necessitas est novæ suspensionis Indulgentiarum, et Facultatum, quæ fit, quando Annus Jubilæi indicitur.

§. 33. NON nostrum hìc consilium est de Annis Jubilæi Historiam contexere, cum id jam præstitum ab aliis multis sit, et etiam per occasionem Anni Sancti, a Pontifice Benedicto XIII. celebrati a supra citato P. Alfani Ordinis Prædicatorum; Minimè etiam proinde immorabimur in referendo, quo modo a Decessoribus nostris Pœnitentiarii minores deputari, et quo numero cœperint, aliique deinde ipsis adjuncti in Basilicis SS. Apostolorum Petri, et Pauli, S. Johannis, et S. Mariæ Majoris, ad eorum omnium audiendas Confessiones, eosdemque ab ipsorum peccatis absolvendos, quicumque ad easdem visitandas accederent plenariam Indulgentiam consecuturi. Nihil præterea dicemus etiam de deputatione, quæ temporis successu a Cardinali Urbis Vicario fieri cœpit aliorum Confessariorum, qui pro majori Pœnitentium commodo in propriis Ecclesiis Confessiones audire possent. Tam minorum Pœnitentiariorum in Basilicis, quàm adjunctorum, quemadmodum item Sacerdotum, qui a Cardinali Vicario eliguntur, deputationem Nos introductam invenimus, atque eam aliis duobus præcedentibus Jubilæi Annis, quos Romæ ce-

si tratta dell' uso delle medesime fuori di Roma sopra i Secolari, non però quando si tratta del loro uso o fuori di Roma, o in Roma, sopra i Sudditi Regolari di quei Prelati, e Superiori Regolari, che sono in legittimo possesso delle dette Facoltà; come anche si è accennato di sopra al §. 24.

ANNO JUBILÆI.

III.

*Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia* Convocatis, *segnata sotto il dì* 25. *Novembre* 1749.

§. I.

§. 33. Non è quì Nostra intenzione di comporre una Storia degli Anni Santi, essendo ciò già stato eseguito da molti altri, ed anche nell' occasione dell' Anno Santo celebrato dal Pontefice Benedetto XIII. dal sopraccitato Padre Alfani dell' Ordine de' Predicatori; e però ci asterremo dal riferire, come da' Nostri Predecessori incominciarono a deputarsi, ed in qual numero, i minori Penitenzieri, e poscia altri ad essi aggiunti nelle Basiliche dei Santi Apostoli Pietro, e Paolo, S. Giovanni, e S. Maria Maggiore, per sentire le Confessioni, ed assolvere dai loro peccati tutti quelli, che venivano a visitarle per conseguire la plenaria Indulgenza. Nè tampoco parleremo della deputazione, che incominciò col tratto del tempo a farsi ancora dal Cardinal Vicario di Roma d'altri confessori, che nelle lore Chiese potessero sentire le Confessioni per maggior comodo de' Penitenti. La deputazione tanto de' Penitenzieri minori nelle Basiliche, quanto degli Aggiunti, come pure de' Sacerdoti eletti dal Cardinale Vicario, è stata da Noi ritrovata introdotta, e possiamo dire d'averla veduta in pratica negli altri due Anni Santi precedenti, che abbiamo veduto ce-

ANNO JUBILÆI.

lebrari vidimus, in more habitam, et receptam Nos vidisse dicere possumus. A Cardinali Pœnitentiario, ex Oraculo Pontificio, opportunæ Facultates dabantur Pœnitentiariis minoribus Basilicarum tam ordinariis, quàm adjunctis; eodemque Oraculo a Cardinali Vicario aliquæ Confessariis, quos deputabat, Facultates impertiebantur. Ex hoc autem quædam confusionis ac perplexitatis species oriebatur, licet variæ identidem Instructiones pro recto usu Facultatum eisdem respective concessarum publicarentur, ac variis Notificationibus solverentur dubia, quæ non semel proponebantur. Nos illud curavimus, ut in unica Constitutione, in ea nimirum, de qua nunc agimus, omnia simul complecteremur. In hac itaque Facultates enunciavimus, quas Pœnitentiariis Basilicarum minoribus, atque iis, qui tum in ipsis, tum in aliis Urbis Ecclesiis adjunguntur, concedimus; instructiones item pro recto earumdem usu; Facultates, quæ Confessariis a Cardinali Vicario deputatis dantur; et quorumdam dubiorum, quæ aliàs proposita sunt, declarationes; ut uno, quod ajunt, ictu oculi unusquisque omne id, quod ad adimplendum in futuro Anno Sancto Pœnitentiarii, vel Confessarii, ut supra, deputati ministerium, necessarium est, videre possit. Quare illud unicè restat, unumquemque Pœnitentiarium, vel Confessarium deputatum hortari, eique, ut facimus, injungere, ut quantum unicuique eorum conceditur attentè legant, ne in propriæ animæ, ac animarum suorum Pœnitentium præjudicium præscriptos auctoritatis limites excedant.

lebrare in Roma. Davansi coll' Oracolo Pontificio dal Cardinale Penitenziere le opportune Facoltà ai minori Penitenzieri delle Basiliche, ed agli aggiunti; e colle stesso Oracolo si davano dal Cardinale Vicario alcune Facoltà ai Confessori, che deputava. Da ciò derivava qualche specie di confusione, ed imbarazzo, ancorchè si andassero pubblicando Istruzioni pel retto uso delle Facoltà concedute agli uni ed agli altri, e con varie notificazioni si andassero sciogliendo varj. dubbj, che si andavano promovendo. Noi abbiamo procurato d'unir tutto in una Costituzione, che è quella, della quale ora parliamo. In essa abbiamo inserite le Facoltà, che concediamo ai Penitenzieri minori delle Basiliche, ed agli Aggiunti in esse, e in altre Chiese di Roma; le istruzioni pel retto uso d'esse; le Facoltà, che si danno ai Confessori deputati dal Cardinale Vicario; e le dichiarazioni d'alcuni dubbj altre volte proposti; acciò in un colpo d'occhio, come suol dirsi, ciascheduno possa vedere quanto è necessario per adempire nel futuro Anno Santo il ministero di Penitenziere, e di Confessore, come sopra, deputato. Sicchè altro non resta, che l'esortare ed ingiungere, come facciamo, a ciascheduno o Penitenziere, o Confessore deputato, il leggere attentamente quanto a ciascheduno di loro vien concesso, per non trapassare i confini dell' autorità, in pregiudizio dell' anima propria, e delle anime de' loro Penitenti.

ANNO JUBILÆI.

## §. II.

*De Facultatibus concessis in Constitutione* Convocatis *pro imminente Anno Sancto Pœnitentiariis in ordine ad* Absolutiones *a peccatis, et censuris incursis.*

§. 34. DUÆ in hoc, quod proponitur, themate notabiles res Nobis videntur; una quæ respicit Pœnitentes; altera, quæ pertinet ad peccata.

De Pœnitentibus Regularibus.

§. 35. Magna ea controversia est, num aliqui Regulares tempore Jubilæi Anni Sancti, sive aliàs dum Jubilæum conceditur, et Pœnitentibus Facultas datur eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, possint confiteri Confessario Sæculari, vel Regulari alterius Ordinis, ab Ordinario pro Confessionibus sæcularium audiendis approbato, idque sine Superiorum suorum licentia; cum aliquot Religiosæ Communitates, sive Religiones, Privilegia à Summis Pontificibus eisdem concessa habeant, ut non obstante Facultate, quæ occasione Jubilæi conceditur, confitendi Confessario ab Ordinario approbato, vetitum tamen id sit eorum Alumnis, nisi ad id expressus Superiorum suorum Regularium assensus concurrat. Hujusmodi privilegium a Leone X. Minimis concessum dicitur, ab Alexandro VI. Cisterciensibus, a Sancto Pio V. Prædicatoribus, a Sixto V. Barnabitis. Amplum illud est, quod Gregorius XIII. Societati Jesu concessit in Bulla, cujus initium: *Decet Romanum Pontificem:* ubi declarat, *non esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut Sedis Apostolicæ, ut personæ Societatis absque expressa Superiorum ejusdem Societatis licentia, utantur Facultatibus, quæ in Jubilæis, Bullis Cruciatæ etc. hactenus concessæ sunt, aut in posterum concedentur, etiamsi in illis expressè indulgeatur, ut omnes Regulares,*

## §. II.

*Delle Facoltà concedute nella Costituzione* Convocatis *per l'imminente Anno Santo ai Penitenzieri in ordine alle* Assoluzioni *dai peccati, e censure incorse.*

§. 34. Due ci sembrano le cose notabili nel tema proposto; la prima, che risguarda i Penitenti; l'altra, che appartiene ai peccati.

De' Penitenti Regolari.

§. 35. Grande è la controversia, se alcuni Regolari possano nel tempo del Giubbileo dell' Anno Santo, o pure in altri Giubbilei, ne' quali si dà ai Penitenti la Facoltà d' eleggersi un Confessore approvato dall' Ordinario, confessarsi ad un Confessore Secolare, o pure Regolare, d'altra Religione, approvato dall' Ordinario per sentire le Confessioni de' Secolari, e ciò senza la licenza de' loro Superiori; avendo alcune Communità Religiose, o sieno Religioni, privilegi loro accordati da' Sommi Pontefici, che, non ostante la Focoltà, che si dà ne' Giubbilei, di confessarsi ad un Confessore approvato dall' Ordinario, ciò resti vietato ai loro Alunni, se non vi concorre l'espresso assenso de' loro Superiori Regolari. Tal privilegio dicesi conceduto da Leone X. ai Minimi, da Alessandro VI. ai Cisterciensi, da San Pio V. ai Predicatori, da Sisto V. ai Barnabiti. Amplo è quello conceduto da Gregorio XIII. alla Compagnia di Gesù, nella Bolla, che comincia: *Decet Romanum Pontificem*, ove dichiara *non esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut Sedis Apostolicæ, ut personæ Societatis absque expressa Superiorum ejusdem Societatis licentia, utantur Facultatibus, quæ in Jubilæis, Bullis Cruciatæ etc. hactenus concessæ sunt, aut in posterum concedentur, etiamsi in illis expressè indulgeatur, ut omnes Regulares etiam Mendicantes, hujusmodi Facul-*

ANNO JUBILÆI

*etiam Mendicantes*, *hujusmodi Facultatibus uti possint*. Atque hujus Privilegii alii Regulares Ordines participes se debere esse per viam communicationis contendunt, quemadmodum citatus P. Constantini probè animadvertit *in suo Tractatu de Jubilæo par.* 3. *cap.* 5. §. Secondo che.

§. 36. Quæstio hæc in opere, quod *de Privilegiis Religiosorum* inscribitur, accuratè discussa est; quem librum Canonicus quidam Regularis Lateranensis pridem defunctus conscripsit, et P. Eusebius Amort Canonicus item Lateranensis notis diligentibus, et accuratis illustratum novissimè in lucem edidit: Ibi, *de potestate Regularium eligendi sibi confessarium num.* 17. *pag.* 750. In prædicto Opere fusè comprobatur, quod a suis Canonicis Regularibus tempore Jubilæi etiam sine Superiorum suorum licentia eligi possit Confessarius, vel Secularis, vel Regularis alterius Ordinis ab Ordinario approbatus. P. Viva in Tractatu suo pluries a Nobis allegato *de Jubilæo quæst.* 9. *art.* 1. de hac quæstione generaliter agit, seque opinionis Regularium libertati contrariæ asseclam facit, opinionem verò, quæ ipsis favet, inter probabiles tantùm haberi vult. Natalis Alexander *de Indulgentiis cap.* 3. *regul.* 17. nullam se videre rationem testatur, quare hujusmodi libertas tempore Jubilæi auferri Regularibus possit. Cardinalis de Lugo inter Bullam Cruciatæ, et Jubilæum distinguit; dicens, haudquaquam vigore primæ eligi posse a Regularibus, Confessarium ab Ordinario approbatum pro Secularibus, sine Superiorum suorum Regularium licentia; quod item a compluribus Summis Pontificibus Decessoribus nostris, et a Nobis in Constitutione nostra, cujus initium *Apostolica Indulta*, *la* 100. §. 7. *Bul. tom. I.* (†) stabilitum est; cum Cruciatæ Privilegium sit Privilegium permanens, quod si in Religiosis Ordinibus suum haberet vigorem, damno eisdem esset; posse

(†) *Hujus Edit. vol.* 2. *p.* 294.

*tatibus uti possint.* E di questo privilegio altri Ordini Regolari pretendono di dover partecipare per via di communicazione, come ben osserva il citato Padre Costantini *nel suo Trattato del Giubbileo part.* 3. *cap.* 5. §. Secondo che.

§. 36. La questione è accuratamente discussa nell' Opera intitolata *de Privilegiis Religiosorum*, Opera composta da un Canonico Regolare Lateranense predefunto, e che il Padre Eusebio Amort Canonico pure Lateranense ha data ultimamente alle stampe, avendola illustratta con Note diligenti, ed accurate: Veggasi *il. num.* 17. *de potestate Regularium eligendi sibi Confessarium pag.* 750. Nell' Opera predetta diffusamente si comprova, potersi dai suoi Canonici Regolari Lateranensi eleggere nel tempo del Giubbileo per loro Confessore, anche senza licenza de' loro Superiori, un Confessore o Secolare, o Regolare d'altro Ordine, approvato dall' Ordinario. Il Padre Viva nel più volte suo allegato Trattato *de Jubilæo quæst.* 9. *art.* 1. tratta in generale la questione; si fa seguace dell' opinione contraria alla libertà de' Regolari, e non dà, che per probabile l'opinione ad essi favorevole. Natale Alessandro *de Indulgentiis cap.* 3. *regul.* 17. Si protesta non saper vedere, come tal libertà possa nel tempo del Giubbileo levarsi ai Regolari. Il Cardinale de Lugo distingue fra la Bolla della Crociata, ed il Giubbileo; dicendo, non potere in vigore della prima eleggersi dai Regolari il Confessore approvato dall' Ordinario per gli Secolari, senza la licenza de' loro Superiori Regolari; il che pure è stato stabilito da' molti Sommi Pontefici nostri Predecessori, e da Noi ancora nella nostra Costituzione, che incomincia *Apostolica Indulta la* 100. §. 7. *Bul. tom. I.*; essendo il Privilegio della Crociata un Privilegio permanente, che se avesse nelle Religioni

ANNO JUBILÆI. verò à Regularibus eligi supradictum Confessarium vigore Jubilæi, quod Privilegium brevi temporis intervallo durat, quod in favorem est omnium, quodque nemini nocet. Alii verò docent, huic controversiæ locum non esse, quando Regulares conferunt se ad confitendum Pœnitentiariis minoribus Basilicarum Urbis sive per Annum Sanctum, sive extra Annum Sanctum; tùm quia ita palam ab ipsis fit, absque ullà Superiorum suorum licentia, quod tacitam infert Summorum Pontificum permissionem; tum quia, cùm hi Pœnitentiarii a Romanis Pontificibus ad omnium Catholicorùm sive Secularium, sive Regularium Confessiones excipiendas in Basilicis collocati sint, ii Religiosi, qui ad confitendum eisdem accedunt, ad confitendum Sacerdoti a proprio Pastore deputato accedunt; cum Romanus Pontifex Supremus omnium Christi ovium, omniumque Pastorum earundem Pastor sit. Eos, qui ita docent, Auctóres Rotarius *in Theolog. moral. Regular. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 1. *punct.* 2. *num.* 18. colligit, eorumque sententiæ subscribit. Diffusè id a P. Siro, qui in Lateranensi Basilica tot Annos Pœnitentiarii munus obivit, comprobatur in suo Tractatu *de Facultatibus minorum Pœnitentiariorum Basilicarum Urbis part.* 1. *capit.* 1. *dub.* 6. Nos verò nihil eorum juri detrahentes, verum, ut dici solet, *jura juribus addendo*, ad unicum dumtaxat finem, ut tutiores semper conscientiæ reddantur, inter Facultates, quas, hoc Anno Sancto vertente, Pœnitentiariis Basilicarum concedimus, etiam illam expressimus, ut possint scilicet absolvere *quascumque personas sibi confitentes, etiam Regulares, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, et Instituti; etiamsi ex præscripto Superiorum, vel suarum Constitutionum etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel aliàs ex Indulto, Decreto, aut Præcepto Apostolico extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur.*

il suo vigore, sarebbe di danno ad esse; potersi poi dai Regolari eleggere il suddetto Confessore in vigore del Giubbileo, che è un privilegio, che dura poco, che fa favore a tutti, e che non nuoce a veruno. Altri poi insegnano, non aver luogo questa controversia, quando i Regolari si vanno a confessare dai Penitenzieri minori delle Basiliche di Roma o nell' Anno Santo, o fuori dell' Anno Santo; sì perchè così publicamente da essi si pratica senza veruna licenca de' loro Superiori, il che porta seco una tacita permissione de' Sommi Pontefici; sì perchè essendo questi Penitenzieri collocati nelle Basiliche dai Romani Pontefici per sentire le Confessioni di tutti i Cattolici, o Secolari, o Regolari; i Religiosi, che vanno a confessarsi da loro, vanno a confessarsi da un Sacerdote deputato dal proprio Pastore, essendo il Romano Pontefice il Supremo Pastore, di tutte le Pecorelle di Cristo, e di tutti i Pastori d' esse. Gli Autori, che ciò insegnano, sono comulati e seguitati dal Rotario *in Theolog. moral. Regular. tom. 3. lib. 1. cap. 1. punct. 2. num.* 18. Diffusamente ciò è comprovato dal Padre Siro, che fu tanti anni Penitenziere nella Basilica Lateranense, nel suo Trattato *delle Facoltà de' minori Penitenzieri delle Basiliche di Roma. par. 1. cap. 1. dub.* 6. Ma Noi senza punto pregiudicare al loro diritto, ma, come suol dirsi, *jura juribus addendo*, ed unicamente per rendere sempre più sicure le coscienze, abbiamo espresso nelle Facoltà, che concediamo nel corrente Anno Santo ai Penitenzieri delle Basiliche, anche quella di potèr assolvere *quascumque personas sibi confitentes, etiam Regulares, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, et Instituti, etiamsi ex præscripto Superiorum, vel suarum Constitutionum, etiam a Sede Apostolica approbatarum, vel aliàs ex Indulto, Decreto, aut Præcepto Apostolico extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur.*

ANNO JUBILÆI.

ANNO JUBILÆI. De peccatis et censuris, ad quæ extendun tur Facultates Pœnitentiariorum

§. 37. Atque hæc sunt, quæ ad Pœnitentes pertinent. Quod verò respicit peccata, in Ephemeridibus Johannis Burcardi Cappellæ Pontificiæ Cæremoniarum Magistri tempore Alexandri VI. in Annalibus Bzovii, et in pluries citata Alfani Historia de Annis Sanctis, *Lib.* 8. *de Anno Sancto* 1500. *pag.* 244. *n.* 7. 8. *et* 9. postulationes registratæ sunt, quas S. Petri Pœnitentiarii Pontifici Alexandro VI. occasione Anni Sancti, qui tunc celebrabatur, obtulerunt; inter quas illa registrata est; ut possent absolvere *a peccatis omnibus quantumcumque enormibus;* Pontifex verò in sua Constitutione, quæ incipit *Cum in principio*, eam cum exceptione quatuor casuum concessit, id est conjurationis contra Pontificis Personam, ejusque Statum; adulterationis litterarum, et commissionum Apostolicarum; translationis armorum aliarumque rerum vetitarum ad loca, et regiones Infidelium; et injectionis manuum violentarum in Cardinales, Episcopos, aliosque Prælatos, et Superiores Ecclesiasticos. Eamdem exceptionem a Pontifice Clemente VII. per Annum Sanctum, quem ipse celebravit, eisdem Basilicæ Vaticanæ Pœnitentiariis factam legimus in Constitutione, quam penes Nos habemus, cujus initium *Pastoris æterni*. De prædictis casibus, ac de aliis etiam, mentio est in Constitutione Pauli II., quæ incipit: *Etsi Dominici Gregis*, inter Extravagantes communes sub titulo *de Pœnitentiis, et Remissionibus;* Quod quidem quibusdam occasionem credendi ac scribendi præbuit, non posse Pœnitentiarios Minores Basilicarum per Annum Sanctum a prædictis casibus absolvere. Nos verò ad difficultatem omnem de medio tollendam, aliorum etiam Decessorum nostrorum exemplo adhærentes in Constitutione nostra, de qua in præsens agimus, *num.* IV. Pœnitentiariis prædictis auctoritatem dedimus absolvendi a censuris etiam *in Bulla Cœnæ* Summo Pontifici, et Sedi Apostolicæ reservatis, et insuper *ab omnibus pec-*

§. 37. Ecco ciò, che risguarda ſi penitenti. In ordine poi ai peccati, ne' Diarj di Giovanni Burcardo Maestro di Cerimonie della Cappella Pontificia nel tempo d'Alessandro VI., negli Annali del Bzovio, e nella più volte citata Storia degl' Anni Santi dell' Alfani *lib.* 8. *dell' Anno Santo del* 1500. *pag.* 244. *n.* 7. 8. *e* 9. sono registrate le domande, che fecero i Penitenzieri di S. Pietro al Pontefice Alessandro VI. per l'Anno Santo, che allora celebravasi, fra le quali è registrata quella di poter assolvere *a peccatis omnibus quantumcumque enormibus*; ed il Pontefice in una sua Costituzione, che incomincia *Cum in principio*, la concedette; ma coll' eccettuazione di quattro casi, cioè della congiura contro la persona del Papa, e suo Stato; della falsificazione delle lettere, e commissioni Apostoliche; del trasporto delle armi ed altre cose vietate, a' Paesi degl' Infedeli; e della percussione con violente mani de' Cardinali, Vescovi, Prelati, ed altri Ecclesiastici Superiori. La stessa eccettuazione leggiamo fatta dal Pontefice Clemente Settimo nell' Anno Santo, che esso celebrò, agli stessi Penitenzieri della Basilica Vaticana, in una Costituzione, che abbiamo presso di Noi, che incomincia *Pastoris æterni*. De' predetti casi, ed altri ancora, si discorre in una Costituzione di Paolo II., che incomincia: *Etsi Dominici Gregis*, fra l' Estravaganti comuni sotto il titolo *de Pœnitentiis, et Remissionibus*; il che ha dato campo ad alcuni di credere, e scrivere, non potere i Penitenzieri minori delle Basiliche nell' Anno Santo assolvere dai predetti casi eccettuati. Ma noi, per torre di mezzo ogni difficoltà, aderendo anche all' esempio d' altri nostri Predecessori, nella nostra Costituzione, di cui ora trattiamo, al *n.* IV. abbiamo data ai detti Penitenzieri l' autorità di assolvere dalle censure anche riservate *in Bulla Cœnæ* al Sommo Pontefice ed alla Sede Apostolica, e di più *ab omnibus peccatis et excessibus quantumcumque gravibus et*

ANNO JUBILÆI. De' peccati e censure, a cui s' estendono le Facoltà de' Penitenzieri.

ANNO JUBILÆI. *catis, et excessibus quantumcumque gravibus, et enormibus*. Præterea verò *num*. XXXIII. illæsas, et in suo vigore per Annum Sanctum alias etiam Facultates remanere declaravimus, quæ ipsis Cardinali Majori Pœnitentiario concessæ sunt, aut concedentur.

§. 38. Nequaquam verò, quemadmodum inferius dicetur, concessa unquam intelligitur auctoritas absolvendi ab hæresi ad extrinsecum deducta, etiamsi verba Indulti generalia, ac generalissima sint, nisi hæresis expressè, et individualiter nominetur. In Facultatibus a Nobis per Annum Sanctum, Pœnitentiariis concessis casus hæresis ad extrinsecum deductæ expressè *n*. VII. nominatur; ubi tamen Facultas absolvendi a censuris propter hæresim formalem externam incursis intra certos limites restringitur, quos Pœnitentiarius attentè animadvertere debet, ne faciat id, quod faciendi auctoritatem non habet.

§. 39. De Confessario, qui expers remanet auctoritatis absolvendi personam complicem in peccato turpi et inhonesto contra sextum Præceptum, etiam tempore Jubilæi, inferius dicetur. Hoc interim punctum de Facultatibus absolvendi a peccatis, et censuris, quæ Pœnitentiariis minoribus per Annum Sanctum conceduntur, concludimus, eosdem admonendo, et hortando, ut Nostram legant Constitutionem de Facultatibus Majoris Penitentiarii, et Officio Pœnitentiariæ; cum ex ejus lectione facile intelligere possint, non obstante amplitudine verborum Concessionis, ac etiam quidquid ipsis communicatum fuerit a Cardinali Majori Pœnitentiario, aut in posterum communicetur, interdictum ipsius esse totum id, quod eidem Cardinali in Constitutione interdicitur. Exempli gratiâ, si Cardinalis Major Pœnitentiarius non potest absolvere *in occultis etiam in foro conscientiæ*, eos, qui, vivente Romano Pontifice circa Successoris electionem tractatus inierint, suffragia comparaverint, aut pactiones fecerint; nec eos, qui

*enormibus*. Ed inoltre al *n.* XXXIII. abbiamo dichiarato, restar illese e nel suo vigore anche nell' Anno Santo le altre facoltà, o concedute, o che si concederanno ad essi dal Cardinale Maggiore Penitenziere. ANNO JUBILÆI,

§. 38. Conforme abbasso dirassi, non s' intende mai conceduta l' autorità di assolvere dall' Eresia estrinsecata, ancorchè le parole dell' Indulto siano generali e generalissime, se l' Eresia espressamente ed individualmente non è nominata. Nelle Facoltà concedute da Noi per l'Anno Santo ai Penitenzieri, il caso dell'erésia estrinsecata viene espressamente nominato al *n*, VII., ove però la Facoltà d' assolvere dalle censure incorse per l' eresia formale esterna, viene ristretta dentro certi confini, a' quali il Penitenziere dee star attento, pere non far quello, che non ha autorità di fare.

De' peccati e censure, a cui s' estendono le Facoltà de' Penitenzieri.

§. 39. Del Confessore, che resta privo dell' autorità d' assolvere la persona complice nel peccato turpe e di disonestà contra il sesto Precetto, anche in tempo di Giubbileo, si parlerà più abbasso. Terminando il punto delle Facoltà, che si danno nell' Anno Santo ai Penitenzieri minori sopra l' assolvere dai peccati e dalle censure, con avvertirli a leggere la nostra Costituzione sopra le Facoltà del Cardinale Maggior Penitenziere, e dell' Officio della Penitenzieria; potendo bene comprendere dalla lettura, esser a loro vietato, non ostante l' ampiezza delle parole della concessione, e non ostante quanto loro fosse stato comunicato, o loro fosse per comunicarsi dallo stesso Cardinale Sommo Penitenziere, tutto ciò, che al sopradetto Cardinale vien proibito nella Costituzione. Per esempio, se il Cardinale Maggior Penitenziere non può assolvere *in occultis etiam in foro conscientiæ* chiunque, vivente il Romano Pontefice, ha fatto trattati, unito voti, o fatto patti in ordine all' elezione del di lui

ANNO JUBILÆI. Astrologiâ Judiciariâ, vel per se, vel per alios, de statu Reipublicæ Christianæ, sive de vita aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, inquisierint; multo minus eos Pœnitentiarius minor absolvere poterit. Constitutio incipit: *Pastor bonus*, et ordine 95. est in Bullario Nostro *tom. I.* (†), quæ si ritè legatur, et ponderetur, magnam Pœnitentiariis minoribus in hujusmodi rebus lucem allatura est; quibus præterea notum facimus, ut, si quando aliquis ex prædictis casibus eisdem occurrat, ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium recurrere non prætermittant, cui a Nobis opportuna, et necessaria remedia demonstrabuntur, ac præscribentur.

(†) *Hujus Edit. vol.* 2. *p.* 209.

## §. III.

*De Facultatibus Minorum Pœnitentiariorum circa vota, contentis in Constitutione* Convocatis.

De Votis Sanctæ Sedi reservatis.

§. 40. DUM Jubilæi Annus a Prædecessore nostro Alexandro Papa VI. celebratus fuit, quemadmodum apud Bzovium *ad Annum Christi* 1500. *num.* 5. videre est, inter alias petitiones, quas Pœnitentiarii Minores Pontifici obtulerunt, ea, quæ sequitur, ordine undecima est: *Commutatio omnium Votorum, dempto Continentiæ, aut Religionis solemni.* Licet autem tunc temporis id illis concessum fuerit, certum tamen est, subsequentibus temporibus nihil aliud facultatis ipsis tributum esse, quam ut omnia Vota simplicia, etiam Apostolicæ Sedi, reservata, in alia pia Opera commutare dispensando possent.

§. 41. Quod idem est ac si dicatur, ipsos potestatem dispensandi in Votis solemnibus Castitatis, Paupertatis, et Obedientiæ in solemni Religiosa Professione, sive in Ordinis Sacri susceptione emissis, minime habere: Hæc autem sola solemnia Vota sunt; quum alia omnia Vota, licet publicè facta, simplicia Vota sint, secun-

Successore

Successore, o pure chi con Astrologia Giudiziaria, o per se, o per mezzo d'altri, ha fatta ricerca dello stato della Repubblica Cristiana, o della vita e morte del Papa vivente; molto meno potrà assolverlo il minor Penitenziere. La Costituzione incomincia, *Pastor bonus*, ed è la 95. *nel nostro Bullario al tom.* 1., che ben letta e considerata, può servire di gran lume ai Penitenzieri minori: A' quali in oltre facciamo sapere, che succedendo loro qualcheduno de' predetti casi, non lascino di ricorrere al Cardinale Sommo Penitenziere, a cui saranno da Noi insinuati e prescritti i rimedj opportuni, e necessarj.

ANNO JUBILÆI.

## §. III.

*Delle Facoltà de' Minori Penitenzieri circa i* Voti, *contenute nella Costituzione* Convocatis.

De' Voti riservati alla Santa Sede.

§. 40. NELL' Anno Santo celebrato da Alessandro VI. come può vedersi appresso il Bzovio *ad Annum Christi* 1500. *n.* 5. fra le altre domande, che i Penitenzieri Minori fecero al Pontefice, l'undecima in ordine è la seguente: *Commutatio omnium Votorum, dempto Continentiæ, aut Religionis solemni.* Ma ancorchè ciò loro fosse stato in quel tempo conceduto, certa cosa si è, che ne' tempi susseguenti altro non è stato loro accordato, che l'autorità di commutare, dispensando, in altre opere pie, tutti i Voti semplici, anche riservati alla Sede Apostolica.

§. 41. Che è lo stesso, che dire, non potersi essi dispensare ne' Voti solenni di Castità, Povertà, ed Obbedienza, solennizzati colla Professione Religiosa, o col ricevimento dell' Ordine Sacro, essendo questi i soli Voti solenni; ed essendo tutti gli altri Voti, Voti semplici, ancorchè fatti pubblicamente; secondo la De-

ANNO JUBILÆI.

dum Bonifacii VIII. Decretalem *cap. unic. de Voto, et Voti redemptione, in sexto;* et communem Auctorum sententiam *apud Pontas in verbo Votum, in princip.*, posse verò e contrario omnia alia simplicia Vota, licet S. Sedi reservata, in alia pia opera, dispensando, commutare.

§. 42. Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad tertium* duorum dumtaxat simplicium Votorum Summo Pontifici reservatorum mentionem facit, *Continentiæ, et Peregrinationis Terræ Sanctæ;* idcirco autem duorum prædictorum tantum Sanctum Doctorem mentionem fecisse putandum est, quia suo forsan tempore illa duo solùm reservata Sanctæ Sedi fuerant. Crevit postea simplicium Votorum numerus, quæ Pontifici sunt reservata; ea autem, sicut unicuique probè notum est, Vota sunt Religionem ingrediendi, perpetuam continentiam servandi, peregrinationis ad Sanctam Urbem Jerusalem, ad Sanctuarium Sancti Jacobi de Compostella, item ad Urbem Romam visitandi gratia Basilicas Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli; sive id ex consuetudine ortum sit, sive ex subsequenti Canonica dispositione Sixti P. IV. registrata in cap. *Etsi Dominici, cap.* 5. *de pœnit. et remiss. inter Extravagant. Communes.* Alii sunt, qui inter Vota Summo Pontifici reservata, Votum adjungunt visitationis Sanctæ Domus Lauretanæ; verùm hujusce rei nulla probatio occurrit. Alii denique in hac Classe omnia perpetua Vota reponunt; id quod errori locum præbere potest, nisi aliquid addatur; Propositio enim intelligi debet de solo Voto perpetuo, quo quis Episcopatum acceptans, obligationem suscipit animarum sibi commissarum curam retinendi, juxta Responsum Innocentii III. *in cap. Nisi cum pridem, de renuntiatione*, ac probatiorum Theologorum Doctrinam, quemadmodum apud Sylvium *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 8. *artic.* 12. *conclus.* 2. videre est.

cretale di Bonifazio VIII. *cap. unic. de Voto, et Voti redemptione, in sexto*, ed il comune sentimento degli Autori *appresso il Pontas, in verb.* Votum, *in princip.*: Potere per lo contrario commutare, dispensando, in altre opere pie tutti gli altri semplici Voti, benchè riservati alla Santa Sede.

ANNO JUBILÆI.

§. 42. S. Tommaso 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad tertium*, non fa menzione che di due Voti semplici riservati al Papa, *Continentiæ, et Peregrinationis Terræ Sanctæ*; e dei predetti due soli il Santo avrà fatta menzione, perchè nel suo tempo quei due soli saranno stati i riservati alla Santa Sede. E' dipoi cresciuto il numero de' semplici Voti riservati al Papa, che, come ognuno ben sa, sono i Voti d' entrare in Religione, di perpetua Continenza, di Pellegrinaggio a Gerusalemme, al Santuario di San Giacomo di Galizia, ed a Roma per visitare le Basiliche de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo; o ciò provenga dalla consuetudine, o pure anche dalla susseguente Canonica disposizione registrata *nel Cap. Etsi Dominici* di Sisto IV. *c.* 5. *de Pœnitentiis et Remissionibus, inter Extravagantes communes*. Altri fra i Voti riservati al Sommo Pontefice aggiungono quello di visitare la Santa Casa di Loreto; ma di ciò non v' è prova veruna. Altri finalmente in questa classe pongono tutti i Voti perpetui, il che può cagionare equivoco, se non vi si aggiunge qualche cosa; dovendosi la proposizione intendere del solo Voto perpetuo, con cui uno, accettando il Vescovado, s'obbliga a retinere la Cura delle anime a lui commesse, secondo la resposta d' Innocenzo III. *in cap. Nisi cum pridem, de renuntiatione*, e la dottrina de' più accreditati Teologi, come può vedersi nel Silvio *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 8. *art.* 12. *conclus.* 2.

ANNO JUBILÆI. De Votis juramento confirmatis.

§. 43. Super eo, quod hactenus dictum est, nulla, quod sciamus, extitit Controversia. Controversia autem, quæ alias excitata est, ea fuit, num videlicet Pœnitentiarius, qui facultatem absolvendi a Votis simplicibus habet, etiam de quinque Sedi Apostolicæ reservatis loquendo, possit hac auctoritate uti; quando Vota juramento confirmata sunt. Quod quidem alii eum posse crediderunt, docente Sancti Thoma 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 8. arctius esse vinculum Voti, quam juramenti, ac proinde, cum Pœnitentiarius auctoritatem habeat absolvendi a Voto, dici debere, eumdem habere etiam auctoritatem absolvendi a Voto per juramentum confirmato. Alii autem contra senserunt; quia, cum in Voto per juramentum confirmato, duo diversa vincula insint, alterum, quod oritur ex Voto, alterum quod ex juramento; qui habet auctoritatem solvendi unum, non habet item auctoritatem alterius dissolvendi, nisi individualiter eidem concedatur; cujus rei argumentum desumitur ex eo, quod qui per vim coactus Votum fecit, non tenetur illud adimplere: verumtamen ad idem implendum obligatur, si ipsum juramento confirmaverit; similique ratione, si quis promisit solvere usuras, non tenetur eas solvere, cum tamen ad earum solutionem adstringatur, si promissionem juramento confirmaverit; juxta Decretalem: *Debitores*, de *Jurejurando*.

§. 44. Eorum Auctorum nomina, qui tam pro una, quam pro altera stant opinione, videri possunt in Leandro *part.* 1. *Tractat.* 5. *de Sacramento Pœnitentiæ disput.* 14. *quæst.* 101. Azorius porrò *Institut. moral. tom.* 1. *lib.* 11. c. 10. *quæst.* 2. utriusque opinionis fundamenta refert, atque ad extremum illi adhæret, quæ habenti auctoritatem absolvendi a Votis, potestatem denegat id faciendi, tum cum Vota juramento confirmata sunt. P. Sirus *de Facult. Minor. Pœnit. par.* 1. *cap.* 6. *dub.* 4. Facultatem ad commutanda Vota concessam, Vota etiam Jurejurando

§. 43. Sopra il detto sin quì, non v' è stata, che sappiamo, veruna controversia. La controversia, che altre volte si è eccitata, è stata, se il Penitenziere, che ha la facoltà d' assolvere dai Voti semplici, parlando anche dei cinque riservati alla Sede Apostolica, possa prevalersi di quest' autorità, quando i Voti sono stati confermati con giuramento. In essa alcuni hanno creduto di sì; insegnando Santo Tommaso 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 8., che è più stretto il legame del Voto, che quello del giuramento; e che però avendo il Penitenziere l'autorità d'assolvere dal Voto, dee dirsi, che l'abbia ancora d' assolvere dal Voto confermato con giuramento. Altri poi hanno creduto di nò; perchè nel Voto confermato con giuramento, essendovi due legami diversi, uno che nasce dal Voto, l'altro dal giuramento, chi ha l'autorità di sciorne uno, non ha l'autorità di sciorre l'altro, se non gli è individualmente conceduta; del che è una forte congettura il vedere, che chi per forza ha fatto un Voto, non è obbligato ad adempirlo; essendo però obbligato ad adempirlo, se lo ha confermato con giuramento; ed altresì il vedere, che chi ha promesso di pagare le usure, non è obbligato a pagarle; restando però obbligato al pagamento, se l'ha confermato col giuramento, giusta la Decretale; *Debitores*, de *Jurejurando*.

Anno Jubilæi. De' Voti confermati con giuramento.

§. 44. I nomi degli Autori favorevoli o all' una, o all' altra opinione, possono vedersi nel Leandro *part.* 1. *Tract.* 5. *de Sacramento Pœnitentiæ disput.* 14. *quæst.* 101. L'Azorio poi *Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 10. *quæst.* 2. riferisce i fondamenti dell' una, e dell' altra opinione, aderendo in ultimo a quella, che nega a chi ha l'autorità d' assolvere dai Voti, il poter ciò fare, quando sono confermati con giuramento. Il P. Siro *de facultatibus Minorum Pœnitentiariorum part.* 1. *c.* 6. *dub.* 4. vuole, che la Facoltà data per commutare i Voti, com-

ANNO JUBILÆI.

confirmata comprehendere affirmat. Nos autem ad omnem controversiam removendam, inter Facultates Pœnitentiariis Minoribus pro Anno Sancto concessas, §. 8. hujusce Constitutionis nostræ, illam etiam auctoritatem dedimus, non solùm ut possent Vota simplicia, etiam S. Sedi reservata, in alia pia Opera, dispensando, commutare; verùm et illud adjecimus, ut id ipsum circa illa Vota facere possent, quæ Jurejurando confirmata sunt: *Omnia et singula simplicia Vota etiam Sedi Apostolicæ reservata, etiam jurata, commutare, dispensando, possint in alia pia opera;* quod quidem a Nobis etiam in citata Constitutione, *Pastor bonus*, super Facultatibus Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, factum est, in qua agendo de auctoritate, quæ ipsi concedebatur, Vota simplicia S. Sedi reservata in alia pia Opera, dispensando, commutandi, verba, quæ sequuntur, adjecimus: *tametsi privato juramento confirmata*. Pro exemplò nobis fuit circa præmissa, id quod a Prædecessore nostro Gregorio Papa XIII. erga PP. Societatis Jesu præstitum fuit. Horum Confessariis Ordinariis ab eorumdem Superioribus deputatis, et ab Ordinariis approbatis Paulus III. Facultatem commutandi Vota concesserat, iis exceptis, quæ S. Sedi reservata erant; cum verò dubitatum esset, num prædicta Facultas Vota comprehenderet juramento confirmata; Gregorius XIII. salva Pauli III. exceptione, auctoritatem etiam ad Vota jurata extendit, sicut in Compendio Privilegiorum eorumdem *in verb. Commutatio* §. I. videre est.

De commutatione Votorum.

§. 45. Operæ pretium est hìc animadvertere, quod Facultates, de quibus hactenus pertractatum est, nòn sunt Facultates commutandi simpliciter, et absolutè, verùm *commutandi dispensando;* cum commutatio, et dispensatio, res inter se diversæ sint. Nam Dispensatio obligationem Voti tollit, sine ulla alia subrogatione; at simplici commutatione non extinguitur obligatio Voti, verùm materia Voti transfertur in

prenda ancora i Voti giurati. E Noi, per torre ogni, controversia, fra le Facoltà date ai Minori Penitenzieri nell' Anno Santo al §. 8. di questa nostra Costituzione, non solo abbiamo loro data quella di poter commutare, dispensando, in altre opere pie tutti i Voti semplici, anche riservati alla S. Sede; ma vi abbiamo aggiunto, che lo possono fare, ancorchè siano confermati con giuramento: *Omnia, et singula simplicia Vota, etiam Sedi Apostolicæ reservata, etiam jurata, commutare, dispensando, possint in alia pia opera*: il che anche fu fatto da Noi nella citata nostra Costituzione: *Pastor bonus*, sopra le Facoltà del Cardinale Maggior Penitenziere: in cui, trattando dell' autorità, che se gli dava, di commutare, dispensando, in altre opere di pietà i Voti semplici riservati alla S. Sede, aggiungemmo le seguenti parole: *tametsi privato juramento confirmata*. Ci è servito nel fare tutto ciò d' esempio il fatto di Gregorio XIII. coi Padri della Compagnia di Gesù. Il Pontefice Paolo III. aveva conceduto ai loro Confessori ordinarj, deputati dai loro Superiori, ed approvati dagli Ordinarj, la Facoltà di commutare i Voti eccettuati quelli riservati alla S. Sede. Essendosi dubitato, se la detta Facoltà comprendesse i Voti giurati; Gregorio XIII. salva l' eccezione di Paolo III. estese l' autorità anche ai Voti giurati, come può vedersi nel Compendio de' loro Privilegj *in verb. Commutatio* §. I.

ANNO JUBILÆI.

§. 45. Degno di considerazione si è, che le Facoltà, delle quali sin' ora si è trattato, non sono Facoltà di commutare semplicemente ed assolutamente, ma di *commutare dispensando*; essendo cose fra di loro diverse la commutazione, e la dispensa; togliendo la dispensa l'obbligo del Voto, senza verun' altra surrogazione; e non estinguendosi l'obbligazione del Voto colla semplici commutazione, ma transferendosi la materia del Voto in un' altra ma-

Della commutazione de' Voti.

ANNO JUBILÆI. aliam materiam, quæ ipsi subrogatur. P. Sirus in suo Opere superiùs allegato *par.* 1. *c.* 6. *dub.* 2. observat, totum id, quod Pœnitentiario Facultatis attribuitur, in commutatione mixta cum aliqua dispensatione consistere; quodque, sicut sola ac simplex commutatio subrogationem exigeret in materiam majorem, aut saltem æqualem, sic commutatio mixta cum dispensatione, capax est alicujus moderatæ inæqualitatis inter materiam Voti, et materiam subrogatam: *Ut principale*, scribit præfatus Auctor, *ponitur* COMMUTARE, *et ut accessorium jungitur* DISPENSANDO, *ita ut esse debeat essentialiter commutatio, quæ de sui natura est in majus, vel in æquale, et per accessoriam dispensationem a rigore naturæ suæ aliquantisper recedat: ergo moderata, et non exorbitans, debet esse inæqualitas materiæ subrogatæ in commutatione Voti, cum accessoria dispensatio sequi debeat naturam sui principalis, scilicet commutationis, ejus naturam non multum immutando; ne quod accessoriè ponitur, locum habeat principalis, nempe plus dispensando, quam commutando, quod esset contra intentionem Pontificis, qui facultatem dat Pœnitentiario, ut possit dispensando commutare, non commutando dispensare.*

§. 46. Permultum ad rem, de qua agimus, duo illa faciunt exempla, quorum alterum Pontificis est Alexandri III. in sua Decretali: *Venientis, de Voto*, in qua valde gravibus de causis Clericum dispensat, qui Voto se obstrinxerat Hierosolymam proficiscendi ad Christi Domini Sepulchrum invisendum; Votum tamen in Eleëmosynas commutans, eique injungens, ut per totum vitæ suæ tempus propriis sumptibus *tam in victu, quam in vestitu* pauperem aleret, dummodo tamen ejus facultates ad onus hoc ferendum non impares essent. Alterum verò est Innoc. III. in Decretali: *Magnæ, eod. Tit.*, in qua Episcopum Træcensem ab adimplendo Voto dispensat, quod, licet improvidè, fecerat item Hierosolymam se conferendi, eidem injungens,

teria, che ad essa si surroga. Il P. Siro nella sua Opera di sopra allegata *part.* 1. *c.* 6. *dub.* 2. osserva, che quanto si dà al Penitenziere, consiste in una commutazione mista con qualche dispensa; e che, siccome la sola e semplice commutazione esigerebbe la surrogazione in una materia maggiore, o almeno uguale; così la commutazione mista colla dispensa, è capace di qualche moderata disuguaglianza fra la materia del Voto, e la materia surrogata: *Ut principale*, scrive il detto Autore, *ponitur* COMMUTARE, *et ut accessorium jungitur* DISPENSANDO, *ita ut esse debeat essentialiter commutatio, quæ de sui natura est in majus, vel in æquale, et per accessoriam dispensationem a rigore naturæ suæ aliquantisper recedat: ergo moderata, et non exorbitans, debet esse inæqualitas materiæ subrogatæ in commutatione Voti, cum accessoria dispensatio sequi debeat naturam sui principalis, scilicet commutationis, ejus naturam non multum immutando, ne quod accessoriè ponitur, locum habeat principalis, nempe plus dispensando, quam commutando, quod esset contra intentionem Pontificis, qui Facultatem dat Pœnitentiario, ut possit dispensando commutare, non commutando dispensare.* ANNO JUBILÆI.

§. 46. Molto a proposito sono i due esempj, uno del Pontefice Alessandro III. nella sua Decretale: *Venientis, de Voto*, in cui dispensa per cause essai rilevanti un Chierico, che aveva fatto Voto di portarsi a Gerusalemme a visitare il Sepolcro del Signore, commutando però il Voto in limosine, ed ingiungendogli, che in tutto il tempo della sua vita mantenesse a spese proprie *tam in victu, quam in vestitu* un poverello, purchè però le sue facoltà fossero in grado di poter sostenere questo peso. L'altro è d'Innocenzo III. nella Decretale: *Magnæ, eod. Tit.*, in cui dispensa il Vescovo Trecense dall' adempimento d'un Voto fatto, benchè improvidamente, di portarsi pure a Gerusalemme, ingiungendogli, *ut omnes expensas, quas fuerat*

ANNO JUBILÆI. *ut omnes expensas, quas fuerat in eundo, morando, et redeundo facturus, alicui Religioso committat in necessarios usus Terræ illius*, id est Terræ Sanctæ, *sine diminutione qualibet transferendas;* tum autem labori, quem in itinere sustinere debuisset, aliorum laborum augmentum subrogans quos ut pro servitio gregis sui susciperet mandavit: *Labores etiam laboribus recompenset, sollicitiùs instando vigiliis, devotiùs vacans orationibus, et jejuniis fortiùs se exercens, ac super grege suo vigilans sollicitudine Pastorali.*

§. 47. Verba ista, quæ non simplicem tantùm commutationem, verùm *commutationem cum dispensatione conjunctam* indicant, non solùm ad bonam regulam super dispensatione, et commutatione Votorum in alia pia Opera, utilia sunt; sed etiam difficultati, quæ oriri poterat, quæque aliàs inter Auctores exorta est, occasionem præcludunt; quæ quidem difficultas ex eo originem habuit, quod vel solum verbum *commutatio*, vel solum verbum *dispensatio* adhibitum sit; cum alii quidem contendèrent, quod potestas commutandi Vota non ferat secum potestatem super ipsis dispensandi, cum commutatio, ac dispensatio sint actus, quemadmodum dictum est, omnino distincti; alii verò docerent, quod nec ex facultate quidem concessa super Votis dispensandi, alia commutandi potestas deduci possit; cum de potestate delegata agatur; quæ semper intra præcisos limites in litteris Delegationis præscriptos restringi debet. Ita cum aliis multis Pignatellus *in suo Tract. de Anno Sancto cap.* 19. *dub.* 2. *et* 3. ratiocinatur. Neque tandem defuere, qui de Anno Sancto agentes, docuerunt, concessam intelligi Facultatem commutandi, ac dispensandi in Votis, etiamsi neutra expressa foret. Verùm hujusmodi opiniones communiter reprobatæ ac rejectæ sunt, quemadmodum apud P. Viva *de Jubilæo quæst.* 12. *art.* 1. *num.* 2. et apud Constantium *de Jubilæo Anni Sancti part.* 3. *cap.* 1. §. Potrebbe, *cum multis aliis seqq.*

*in eundo, morando, et redeundo facturus, alicui Religioso committat, in necessarios usus Terræ illius*, cioè di Tera Santa, *sine diminutione qualibet transferendas;* e surrogando alla fatica, che avrebbe fatta pel viaggio, l'accrescimento d'altre fatiche, che gl' impose di fare per servizio del suo Gregge: *Labores etiam laboribus recompenset, sollicitiùs instando vigiliis, devotiùs vacans orationibus, et jejuniis fortiùs se exercens, ac super Grege suo vigilans sollicitudine Pastorali.* ANNO JUBILÆI.

§. 47. Le parole, che indicano, non una semplice commutazione, ma una *commutazione unità colla dispensa*, non solo servono per ben regolare le dispense, e commutazioni de' Voti in altre opere pie, ma levano il corso ad una difficoltà, che poteva insorgere, ed altre volte è insorta fra gli Autori, e cagionata dall' essere stata adoperata la sola parola *commutazione*, o pure la sola parola *dispensa;* sostenendo alcuni, che la potestà di commutare i Voti non porta seco la podestà di dispensare in essi, estendo, come già si è detto, atti in tutto distinti, commutazione, e dispensa; insegnando altri, che nemmeno dalla Facoltà data di dispensare ne' Voti si possa dedurre la podestà di commutarli, trattandosi di podestà delegata, che deve esser sempre ristretta dentro i precisi confini della lettera dalla delegazione. Così con molti altri va discorrendo il Pignatello *nel suo Trattato dell' Anno Santo cap.* 19. *dub.* 2. *e dub.* 3. Trattando pure dell' Anno Santo, non è mancato chi ha scritto, intendersi data la Facoltà di commutare, e di dispensare ne' Voti, ancorchè nè l' una, nè l' altra si fossero espresse. Ma queste sono opinioni comunemente riprovate, come può vedersi nel Viva *de Jubilæo quæst.* 12. *art.* 1. *n.* 2., e nel Costantini *del Giubbileo dell' Anno Santo part.* 3. *cap.* 1. §. Potrebbe, *con molti altri segg.* Ed a queste pure si leva il corso coll' aver inserito nel so-

ANNO JUBILÆI.

videre est. Quibus etiam præclusa opportunè via est per nominata sæpius a Nobis verba *commutare dispensando* in supradicto §. 8. *ac sequentibus* inserta.

## §. IV.

### *De Facultatibus super* Dispensationibus, *quæ continentur in Constitutione :* Convocatis.

De Facultate dispensandi super Irregularitate etiam cum Clericis in Minoribus Ordinibus constitutis.

§. 48. QUI aliqua Canonici Juris, ac Moralis Theologiæ vel mediocri cognitione imbutus est, duas hasce controversias procul dubio non ignoraverit; quarum una est, num sub nomine Censuræ comprehendatur Irregularitas, quæ oritur ex delicto; altera verò, utrum qui censuram incurrit, id est aut excommunicationem, aut suspensionem, aut interdictum, cum sit in Minoribus Ordinibus constitutus, susceptos Ordines solemniter exercens, incurrat irregularitatem. Oritur prima quæstio ex intelligentia Decretalis; *Quærenti, de verbor. significat.*, ubi interrogatus Summus Pontifex, quid sub censuræ nomine comprehendatur, respondit, quod comprehenditur interdictum, suspensio, et excommunicatio; quo non obstante, Gonzalez *in Commentar. ad dict. textum* contendit, quod sub nomine censuræ etiam irregularitas ex delicto comprehendatur. Contrariam tamen sententiam tuentur Suarez, Molina, Trullengus, Filliucius, Reginaldus, aliique complures. Altera verò controversia oritur ex Decretalibus, quæ leguntur sub tit. *de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante*, in quibus etiamsi legatur, quod qui ligatus excommunicatione minori celebrat, graviter peccat, sed non incurrit irregularitatem; quæ tamen incurritur ab eo, qui excommunicatione majori ligatus, Sacerdos cum sit, celebrat; vel in ordine Subdiaconatus, vel Diaconatus constitutus, Subdiaconi, aut Diaconi functiones exercet, dummodo sciat, se incurrisse in censuram, aut non

predetto §. 8., e ne' seguenti, circa le Facoltà date ai Penitenzieri sopra i Voti, le più volte nominate parole *commutare*, *dispensando*.

ANNO JUBILÆI.

## §. IV.

*Delle Facoltà sopra le* Dispense, *contenute nella Costituzione* : Convocatis.

§. 91. Ed ecco, quanto, o diletti Figli, abbiamo creduto necessario esporvi, acciò, avendo in sequela delle nostre fatiche ridotto in compendio lo scioglimento delle maggiori controversie, che in altre occasioni eccitate, sono tolte di mezzo dalle nostre Costituzioni fatte per l'Anno Santo, siate in grado di poter esattamente, come vivamente v'inculchiamo, adempire il vostro ministero; al qual fine crediamo ancora poter contribuire l'altra nostra Lettera Circolare dei 26. di Giugno di quest' anno, sopra la Preparazione all'Anno Santo, che pure v'inculchiamo di leggere e di considerare. Nè dovete punto maravigliarvi, se in questa nostra presente Lettera ci siamo per lo più prevaluti d'Autori moderni, non avendo imitato il Padre di famiglia, che mette fuora dal suo tesoro *nova*, *et vetera*; imperocchè essendo le controversie state eccitate per lo più da Autori moderni, e da quelli, che hanno scritto sopra l'Anno Santo, è stato preciso per lo più prevalersi di essi. Ed intanto abbracciandovi, con pienezza di cuore vi diamo l'Appostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 3. Decembris 1749. Pontificatus Nostri Anno Decimo. Dat. die 3. Dec. 1749.

XXII. # PEREGRINORUM

Et Advenarum Anno Jubilæi Romam adeuntium Causæ Civiles, et Criminales certis Judicibus summarie expediendæ committuntur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Motu proprio etc.*

Exordium. ESSENDOCI sommamente a cuore, che i Pelegrini, Ospiti, e Forestieri, che verranno in questa nostra Città di Roma per il prossimo Anno Santo, non solamente sieno benignamente accolti, e ricevuti; ma in oltre, che in qualunque Controversia, che possa loro occorrere nel tempo della loro permanenza in essa nostra Città, sia loro amministrata, senza veruna formalità di Giudizio, pronta e speditissima Giustizia; Ci siamo perciò determinati di dare i seguenti provvedimenti. E primieramente volendo, e dichiarando, che per Forastieri, Ospiti, e Pellegrini debbano intendersi per l' effetto presente, tutti quelli, che dal primo giorno del prossimo Decembre 1749. sino a tutto Gennaro 1751. verranno, o saranno venuti a dimorare per qualsivoglia tempo, tanto dentro la Città di Roma, che nelli Sobborghi, Casali, Ville, Orti, e Vigne per lo spazio intorno alla Mura di miglia cinque per ogni parte, di qualunque siano sesso, età, e qualità, condizione, e professione, Laici, ed Ecclesiastici, eziandio Regolari di qualunque Ordine, Congregazione, ed Istituto, esenti, o non esenti,

niuno affatto escluso, e nè tampoco quegli Esteri, che non godono della Comunione della nostra Santa Romana Chiesa; Ed avendo nella presente nostra Cedola di Moto proprio per espresso, e di parola in parola registrato l'intero tenore di ogni e qualunque cosa necessaria da esprimersi. ANNO JUBILÆI.

§. 1. Di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Suprema Potestà vogliamo, e decretiamo, che accadendo alcuna Controversia Civile tra li suddetti Pellegrini, Ospiti, e Forestieri da una, e la nostra Camera Apostolica, oppure Capitolina, loro Ministri, Uffiziali, Appaltatori, Suppaltatori dall' altra parte, per causa di qualsisia Gabbella, o di altro qualunque Dritto d'introduzione, Transito, Estrazione, o Contrattazione di qualunque Robba, o Merci, ed anche di Cavalli, ed altri Animali, non però per Mercimonio, ma per uso proprio solamente di essi Forestieri, tanto per Acqua, che per Terra, o per altra qualsisia Causa Fiscale; debba questa conoscersi, e terminarsi ad ogni richiesta estragiudiziale del Pellegrino, Ospite, o Forestiero, dal nostro Monsignor Tesoriero Generale, o da per se stesso, o per mezzo di altra Persona idonea, che a lui piacerà deputare, senz' alcuna formalità di Tribunale e di Giudizio, all' inpiedi, e senz' alcuna spedizione di Mandato, inteso prima verbalmente, o anche non inteso, come a lui piacerà, Monsignor Commissario di essa nostra Camera, rispettivamente il Fiscale di Campidoglio, e per via meramente economcia, privativamente ed esclusivamente a qualunque altro Giudice, o Tribunale, eziandio superiore al detto nostro Monsignor Tesoriero, benchè privativo, e munito di qualsivoglia amplissima, e specialissima facoltà, tanto della detta nostra Camera, quanto della suddetta Capitolina, e rimossa qualunque appellazione, e ricorso, anche in devolutivo, purchè però quella non s'interponga, o questo non si domandi De Causis Fiscalibus.

ANNO JUBILÆI. dallo stesso Forestiero, Ospite, o Pellegrino, a cui solamente, e non al Fisco, o suo Appaltatore, debba esser lecito di appellare, e ricorrere, quando mai si credesse gravato dal suddetto Monsignor Tesoriero, a condizione però di osservare in tal caso la solita strada giudiziale avanti i Giudici, e tribunali competenti.

De aliis Civilibus. §. 2. Accadendo poi alcuna Controversia Civile, in cui non abbiano Interesse nè la nostra Camera, nè la Camera Capitolina, o tra due, o più de' suddetti Ospiti, Pellegrini, o Forestieri, o tra un Forestiero da una parte, ed uno, che non sia Forestiere dall' altra, per causa, occasione, e pretesto di qualsisia Contratto, tanto nominato, che innominato, tanto ridotto, che non ridotto in scritto, sopra cose mobili, o semoventi, o per qualunque Locazione tanto espressa, che tacita, di Palazzi, o Case, Stanze, Rimesse, o Stalle dentro la Città, e Circondario suddetto; di Carrozze, Calessi, Carrette, o Carri, Cavalli, Muli, o altre Bestie da trasporto, o da soma, Letti, Apparati, ed ogni altra sorta di Suppellettili, o anche di quelle Opere personali, che sogliono prestarsi a' Forestieri da' Servitori, Cuochi, Camerieri, ed altri simili Famigliari, interpreti, o Maestri di Lingue, o Sensali di Contratti, Introduttori, Condottieri, Antiquarj, e Nomenclatori; e finalmente per causa di Alloggi, Cibarie, e Alimenti, preso il nome di Alimenti nel suo più ampio, e largo significato; tutte queste Controversie, e cadauna di esse, di pari nostro Moto proprio, scienza, e pienezza di potestà vogliamo, che debbano conoscersi, e terminarsi, con tutti li loro annessi, e connessi, emergenti, ed incidenti, da Monsignor Gio: Carlo Molinari Protonotario Apostolico, ed uno de' Ponenti della nostra Consulta, o in suo nome da altra Persona idonea, che a lui piacerà deputare, ed ogni richiesta stragiudiziale del Pellegrino, Ospite, o Forestiero, Manu Regia, all'

inpiedi, senz' alcuna formalità di Tribunale, e di Giudizio, e senza alcuna rilassazione, e spedizione giudiziale di Mandato, e per via meramente economica, intesa sol tanto verbalmente l'altra Parte, e con facoltà amplissima, ed illimitata di rescindere, ed annullare, o moderare qualsisia de' suddetti contratti, e di ridurre i prezzi, mercedi, pigioni, e noliti, che a lui pareranno eccessivi, ed eccessive, ai limiti dell' equo e dell' onesto, privativamente, ed esclusivamente ad ogni altro Giudice, e Tribunale, ancorchè Camerale, e privativo di questa nostra Città di Roma, quantosivoglia privilegiato, e privilegiatissimo, e per cui comprendere abbisognasse farne individua, e speciale menzione, e rimossa qualsisia appellazione, e ricorso, anche in devolutivo, purchè però quello non s' interponga, o questo non si domandi dallo stesso Forestiero, Ospite, o Pellegrino, a cui solamente, e non all' altra Parte sarà lecito di appellare, o ricorrere, quando mai si credesse gravato dal Prelato suddetto, a condizione però di osservare in tal caso la solita strada giudiziale avanti i Giudici, e Tribunali competenti, come poc' anzi stabilimmo rispetto alle Cause Fiscali; ed in oltre con la facoltà al suddetto Monsignor Molinari, per la pronta esecuzione degli Ordini, che da lui si daranno, di servirsi delli Ministri, ed Officiali di qualunque Corte, e Tribunale, e di procedere alla pignorazione de' Beni, o anche carcerazione contro chiunque ricusasse di ubbidire.

ANNO JUBILÆI.

§. 3. Rispetto finalmente alle Cause Criminali tanto attive, che passive, che potranno accadere, o tra un Forestiero, e l' altro, o tra un Forestiero da una parte, ed uno, che non sia Forestiero dall' altra, di simili nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Pontificia autorità vogliamo, che debbano conoscersi, e terminarsi il più prontamente, e speditamente, che sia possibile, secondo la na-

De Criminalibus

ANNO JUBILÆI.

tura, ed esigenza della Causa, dal nostro Monsignor Governatore di Roma, o con il Voto, o anche senza il Voto della sua Congregazione, ancorchè quello, che non è Forestiere, sia talmente privilegiato per qualunque causa, titolo, e ragione, che, secondo le Costituzioni Apostoliche o nostre, o de' nostri Predecessori, o per altro qualunque privilegio, non possa esser giudicato da detto Monsignor Governatore, ma debba esser giudicato da altro Giudice privativo, di qualunque preeminenza, e dignità egli sia, e ancorchè degno di speciale, e specialissima menzione, eccettuando solamente il Tribunale della nostra inquisizione. E nascendo alcuna questione di pertinenza in qualunque Controversia, o Causa, tanto attiva, che passiva di alcuno de' suddetti Forestieri, Ospiti, e Pellegrini, non debba attendersi altra Citazione, che segnata di mano del nostro Monsignor Uditore.

Terminus Jurisdictionum sic delegatarum.

§. 4. Dichiariamo però, che le suddette Giurisdizioni privative, e facoltà straordinarie da Noi date, e comunicate per causa del prossimo Anno Santo, e in favore, difesa, e sicurezza delli Pellegrini, Ospiti, e Forestieri, a Monsignor Tesoriero Generale, a Monsignor Molinari, ed a Monsignor Governatore di Roma, non s'intendano date, e comunicate, se non che dal primo giorno del prossimo Decembre, e debbano finire, terminare, e spirare nell' ultimo giorno di Gennaro 1751., di modo che spirato questo giorno, s' intendano le cose *ipso facto*, *et ipso jure* risposte, e restituite nello stesso stato, nel quale si trovano prima della sottoscrizione di questa presente nostra Cedola, e non altrimenti.

Clausulæ.

§. 5. Volendo, e decretando, che alla presente nostra Cedola di Moto proprio, benchè non esibita, nè registrata in Camera, e ne' suoi Libri, non possa mai darsi, nè opporsi di sur-

rezione

rezione, orrezione, nè d'alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridichi, anche di Jus quesito, e pregiudizio del Terzo, possa essere impugnata, moderata, o rivocata, ridotta *ad viam Juris*, o concedersi contro di essa l'aperizione *Oris*, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti, debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia Giudice, e Tribunale, benchè Collegiale, Congregazione de' Reverendissimi Cardinali, Camerlengo di S. Chiesa, Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e Giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi sin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da cadauno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente nostra Cedola di Moto proprio; quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore, colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi sieno stati chiamati, sentiti, o citati Monsignor Commissario, e gli altri Difensori della nostra Camera, i Ministri, e Difensori della Camera Capitolina, gli Appaltatori, e Subappaltatori della suddetta nostra Camera, e di quella Capitolina, ed altre qualisisieno Persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, che vi avessero, o pretendessero, avervi Interesse, e che per comprenderle facesse bisogno, di special menzione: Non ostanti la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore *de Registrandis*, la Regola della Nostra Cancellaria, *de jure quæsito non tollendo*, e qualisisieno altre Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche, Nostre, e de' nostri Predecessori, Leggi, Statuti, Riforme, Stili, Usi, Consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse far in contrario; alle quali

ANNO JUBILÆI.

ANNO JUBILÆI. tutte, e singole, avendone il tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra Potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e total' esecuzione di quanto si contiene nella presente nostra Cedola di Moto proprio, ampiamente, ed espressamente deroghiamo.

Dat. die 28. Nov. 1749. Dato dal Nostro Palazzo di Monte Cavallo questo dì 28. Novembre 1749.

BENEDICTUS PP. XIV.



## PORTÆ SANCTÆ XXIII.

Quatuor Basilicarum aperiendæ denunciantur. Ad Ostiensis, Lateranensis, et Liberianæ Basilicæ Portas Pontificio nomine recludendas deputantur tres Cardinales Legati.

*Allocutio habita in Consistorio Secreto Feria secunda die 1. Decembris 1749.*

*Venerabiles Fratres.*

Nova publicatio Jubilæi Anni Sancti facienda Dominica IV. Adventus Domini.

Nemo Vestrûm ignorat, die solemni Ascensionis Domini, quem jam peregimus, in Vaticana Basilica futuram Anni Sancti celebritatem primò fuisse promulgatam, quemadmodum in alio præcedenti Consistorio Vobis fuerat indicatum. Jam prope tempus imminet ad eamdem celebritatem secundò indicendam, quod in quarta Adventus Dominica fieri consuevit; cujus quidem rei monumenta ab Alexandri VI. Prædecessoris nostri Pontificatu repetuntur, qui Jubilæum initio decimi sexti sæculi celebravit. Porrò secundam hanc publicationem non semel in limine Basilicæ Sancti Petri in Vaticano, aliàs verò in limine hujus Palatii Apostolici in Quirinali peractam fuisse, rerum Scriptores commemorant. Nos Jubilæum ex Quirinali secundò indicemus, ut Nobis incommodum, et Vobis etiàm minuatur. Sed neque id peragi sineremus, nisi occurrerent exempla Clementis X. et Innocenti XII. Prædecessorum nostrorum, qui Jubilæum in limine hujus Quirinalis Palatii secundò promulgarunt.

Portæ Sanctæ

§. 1. Hac secunda Jubilæi indictione peracta, in pervigilio Natalis Domini, in Basilicis Sancti

Anno Jubilæi. aperiendæ in pervigilio Nativitatis Domini.

Ritus Portæ Sanctæ ab Alexandro VI. institutus creditur.

Petri, Sancti Pauli, Sancti Joannis in Laterano, et Sanctæ Mariæ Majoris, Portæ Sanctæ recludentur. Equidem hoc loco minimè contendemus, reseratas etiam fuisse Portas Sanctas, cum Bonifacius VIII. Prædecessor noster primum Jubilæum ritè celebravit; nullum enim hujusce rei documentum ex eodem primò Jubilæo desumi potest, neque ex aliis, quæ deinde Clemens VI., Bonifacius IX., Martinus V., Nicolaus V., et Sixtus IV. Prædecessores nostri peregerunt. Quamobrem solemnis Portæ Sanctæ aperitio pro Jubilæo auspicando ad Alexandrum VI. Prædecessorem nostrum meritò referenda videtur, qui hanc eamdem celebritatem in quadam sua Constitutione clarè apertèque commemorat. Accedit, quod Burcardus Magister Cœremoniarum ejusdem Pontificis, totius rei, quemadmodum gesta fuit, ritum, ac narrationem in suis Diariis descriptam reliquit.

Ritus hujusmodi ratio, et convenientia.

§. 2. Illud asserere certò possumus, ritum aperiendæ Portæ Sanctæ; tum Jubilæo inchoando aptissimum esse, tum pietati excitandæ magnopere accommodatum. Etenim Fidelibus in mentem revocatur publicæ pœnitentiæ consuetudo, et publicè pœnitentium disciplina, quæ priscis temporibus in Ecclesia vigebat. Siquidem nonnulli ab ingressu Ecclesiæ prohibebantur, aliis verò toti Missæ Sacrificio præsentes adesse minimè licebat, donec Episcopo, seu Pastori, probatum perspectumque esset, illos plenè satisfecisse iis omnibus, quæ a Sacris Canonibus præscribebantur. Hi autem Canones multum temporis, multaque exposcebant pro criminum publicorum expiatione. antequam Ecclesiæ aditus pœnitentibus hujusmodi pateret. Plura quoque requirebantur, ut ipsis integro Missæ Sacrificio interesse, et Corporis, ac Sanguinis Christi Domini participes fieri concederetur. Ineunte Jubilæi Anno Pontifex universum terrarum Orbem ad pœnitentiam invitat, et hortatur. Opera quædam pietatis, ac religionis indicit, ab illis perficienda, qui plenariam Indulgen-

tiam lucrari peroptant. Portas Sanctas Basilicarum initio Jubilæi universalis illis omnibus recludit, qui conscientiæ suæ labes animo verè detestantur, et indicta pietatis opera libenter suscipiunt, omnique studio adnituntur, ut ejusdem Indulgentiæ fructus assequantur; summaque benignitate; atque amore permotus idem Pontifex, etiam illis Portam Sanctam patere decernit, qui pravis sæculi cupiditatibus dissolvi, suisque criminibus salutari pœnitentia expiandis operam conferre incipiunt, et ad sacram Indulgentiam ritè obtinendam aspirant.

ANNO JUBILÆI.

§. 3. Romanus Pontifex Basilicæ Vaticanæ Portam Sanctam recludere in pervilegio Natalis Domini semper consuevit, nisi fortè corporis ægritudine impediretur, quemadmodum Innocentio XII. felicis record. evenit. Nam Cardinalis Bullionius Episcopus Portuensis, loco Pontificis, uti Nos ipsi perspeximus, Basilicæ Vaticanæ Portam Sanctam aperuit, cum eodem tempore Cardinalis Cybo Episcopus Ostiensis ac Veliternus, et Sacri Collegii Decanus, gravi morbo teneretur. Si Deus Optimus Maximus sospites et incolumes Nos servabit, in pervilegio Natalis Domini proximè imminentis ad Vaticanum accedemus, ut illius Basilicæ Portam Sanctam aperiamus.

Vaticanæ Basilicæ Porta Sancta a Pontifice, nisi impeditus fuerit, aperienda

§. 4. Idem in aliis Basilicis per Cardinales Legatos nostros eodem pervigilio perficietur. Porrò in his Legatis seligendis diversa diversis temporibus obtinuit disciplina. Memoriæ proditum est, constitutum fuisse ab Alexand. VI. quemdam Archiepiscopum familiarem suum, qui Portam Sanctam Basilicæ S. Pauli suo nomine reseraret; verùm deinceps Cardinales ad hanc rem gerendam delectos semper fuisse, non est dubitandum.

Idem præstandum in aliis Basilicis per Cardinales Legatos.

§. 5. Illud quoque certissimum est, nullo unquam tempore contigisse, ut Portæ Sanctæ Basilicarum S. Joannis in Laterano, et S. Mariæ Majoris per alium Cardinalem, quàm per Archipresbyterum suum reclusæ fuerint; ita

Quibus Cardinalibus singularum Basilicarum por-

ANNO JUBILÆI. tæ aperiendæ committi soleant.

ut cum Clemens VII., et Julius III. universale Jubilæum celebrarent, et tum fortè Cardinalis Decanus Episcopus Ostiensis ac Veliternus Archipresbyteri dignitatem in Basilica S. Joannis Lateranensis obtineret, ad eamdem Basilicam S. Joannis pro Sancta Porta aperienda Cardinalis Decanus se contulerit, aliamque Basilicæ S. Pauli reseraverit alius Cardinalis, qui Casinensis Ordinis patrocinium gerebat. Porrò, cùm id posteriori tempore nunquam evenerit, Cardinalis Episcopus Ostiensis ac Veliternus, et Sacri Collegii Decânus, hoc munere semper perfunctus est aperiendæ Portæ Sanctæ in Basilica Sancti Pauli, quemadmodum Cardinales Archipresbyteri in suis quique Basilicis idem peregerunt. Nec his profectò adversatur, vel quod tempore Innocentii XII., qui universale Jubilæum indixit, Cardinalis Bandinus Panciaticus ritum Portæ Sanctæ aperiendæ in Basilica Sancti Pauli exercuit, tamquam Ordinis Casinensis Patronus, vel quod, indicto a Benedicto XIII. de Nobis optimè merito, universali Jubilæo Anni Sancti, Cardinalis Febritius Paulutius Portam Sanctam Basilicæ S. Pauli reclusit; tempore siquidem Innocentii XII., uti dictum est, Summus ipse Pontifex ægrotabat, ægrotabat quoque Cardinalis Collegii Decanus, et cum Prodecanus in Basilica Vaticana Portam Sanctam aperiret, ad Cardinalem Ordinis Casinensis Protectorem delatum est munus Portam Sanctam aperiendi in Basilica Sancti Pauli, et tempore Benedicti XIII., cum Cardinalis Franciscus de Judice Decanus gravi morbo decumberet, Cardinalis Paulutius, qui Prodecani gradum obtinebat, loco Decani memoratam Portam Sanctam Basilicæ S. Pâuli reclusit.

Cardinalium Legatorum, designatio in Consistorio nunc primum facta.

§. 6. Equidem Cardinales Legati in pervigilio Natalis Domini designari solebant in Aula, quæ dicitur Paramentorum, cum Summus Pontifex ad aperiendam Portam Sanctam Basilicæ S. Petri se conferret. Attamen rem magis consentaneam, ac perhonorificam facere Nos arbitrati

sumus, si antea; et in Consistorio, Cardinales iidem Legati declarentur.

Legatorum ad id electorum nomina et qualitates

§. 7. Verùm Ecclesiæ disciplinam, et consuetudinem in reliquis omnibus retinentes, eligimus, ac deputamus Legatum nostrum de Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ Sancti Pauli nomine nostro aperiat, Cardinalem Thomam Rufum Episcopum Ostiensem ac Veliternum, Sacri Collegii Cardinalium Decanum, qui per tot annos Bononiam Patriam nostram, ejusque Comitatum, Civitatem quoque, ac Ducatum Ferrariensem, et Provinciam Romandiolæ, munere Legati a Latere præditus, magna cum laude administravit. Insuper eligimus, et constituimus Legatum nostrum a Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ S. Joannis in Laterano nomine nostro recludat, Cardinalem Nerium de Corsinis Diaconum Sancti Eustachii, qui ejusdem Basilicæ Archipresbyter illius Clero præsidet. Nepos ipse est Clementis XII. felicis recordationis, qui regia plane munificentia, et maximis sumptibus, eamdem Lateranensem Basilicam interius exteriusque exornavit. Postremò eligimus ac declaramus Legatum nostrum a Latere, ut Portam Sanctam Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris aperiat nomine nostro, Cardinalem Hieronymum Columnam Diaconum S. Angeli in Foro Piscium, qui Archipresbyteri Titulo Liberianæ Basilicæ Clero præsidet. Ipse quidem inter præclara Familiæ suæ lumina Martinum V. Prædecessorem nostrum recenset, cujus nomen a Scriptoribus Ecclesiasticis tantopere commendatur, quique sæculo decimo quinto universale Jubilæum Anni Sancti indixit; enumerat quoque Cardinalem Marcum Antonium Columnam, qui Portam Sanctam Basilicæ S. Mariæ Majoris reseravit, cum Gregorius XIII. Prædecessor noster universale quoque Anni Sancti Jubilæum promulgavit. Neque omittendus est Cardinalis Ascanius Columna, qui ad aperiendam Portam Sanctam Basilicæ S. Joannis Lateranensis delectus fuit, cum universale Jubilæum Anni Sancti Clem.

ANNO JUBILÆI.

VIII. Prædecessor noster celebravit. Postremò occurrit etiam Cardinalis Hieronymus Columna senior, qui ejusdem Lateranensis Basilicæ Portam Sanctam reclusit, cum Innocentius X. dimidio sæculi decimi septimi celebritatem Anni Sancti peregit.

Indulgentiæ Plenariæ, et Benedictionis Apostolicæ impertiendæ Facultas iisdem tribuitur.

§. 8. Itaque prædictis Cardinalibus Legatis nostris a Latere facultatem impertimur, ut Portas Sanctas, quas superiùs commemoravimus, nostro nomine aperiant, et populo, qui præsens aderit, plenariam Indulgentiam simul cum Apostolica benedictione auctoritate nostra elargiantur. Ipsos Cardinales ab equitatus solemni pompa dispensamus, qua ex Vaticano decedentes ad Portam Sanctam recludendam proficisci solebant. Itaque ad Basilicas singulis designatas se conferent ex propriis Ædibus, et suo quilibet nobili comitatu stipatus, curru devehetur. Hoc pacto res gesta fuit, cum Benedictus XIII. universale Jubilæum Anni Sancti auspicatus est.

Adhortatio ad Jubilæi solemnitates religiosè celebrandas.

§. 9. Inter monumenta Prædecessorum nostrorum descriptæ ad Nos pervenerunt Allocutiones, quas ipsi ad Annum Sanctum secundò indicendum in Consistoriis protulerunt coram Cardinalibus, ipsos hortantes, ut nihil omnino prætermitterent, quod pietatem concitare posset in illorum animis, qui ex omnibus Terræ partibus eo tempore Romam magna frequentia confluunt, ut universalis Jubilæi Indulgentiam adipiscantur; contenderent etiam omni studio religionis exempla illis præbere, qui a Communione nostra prorsus alieni, Romam Jubilæi tempore veniunt, ut vetùsta profanæ antiquitatis monumenta admirentur, et simul accuratè ac diligenter præsentes illorum mores potissimùm perscrutentur, qui eminenti in dignitate constituti sunt, et quorum consiliis negotia totius Ecclesiæ universalis administrantur. Percelebris est sententia, quam Pius II. Prædecessor noster usurpare solebat, quoties novos Cardinales renunciaret : *Tales estote, quales esse de-*

*bere Cardinales dijudicastis, antequam ipsi hoc* ANNO
*culmen ascenderitis.* Id Nobis tribuere, et accommodare non recusamus, et illa omnia præstare Nobiscum animo meditamur proximo Anno Jubilæi, quæ Pontificem decere maximè affirmaremus, si Nos ipsi hanc Apostolicam Sedem non teneremus. Idem Vobiscum constituite, Venerabiles Fratres, ut universalis Jubilæi tempore perficiatis ea omnia, quæ Cardinalium nomini, ac dignitati consentanea esse liberè diceretis, si Vos ipsi Purpuræ honore decorati non essetis. Sed jam finem dicendi faciamus, quippe de virtute vestra dubitandum non est, cum Nos ipsi mirati simus vestram frequentiam, ac pietatem in Sacris Missionibus audiendis, quas in hac nostra Civitate fieri curavimus, ut animi Fidelium ad Annum universalis Jubilæi disponantur.

JUBILÆI.

XXIV.

# INDULGENTIÆ JUBILÆI

Anni Sancti MDCCL. pro Monialibus, Oblatis, Tertiariis etc. necnon Anachoretis, Eremitis, Infirmis, et in carcere, aut captivitate detentis conceduntur,

*Cum Facultatibus circa absolutiones, et votorum commutationes.*

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

*Ad futuram rei memoriam.*

Pontificis providentia piis Fidelium votis, et necessitatibus occurrit.

PATERNA charitas urget Nos, ut omnium Nostrorum Ecclesiæque Filiorum pia vota, non tam oblata Nobis benignè suscipere, quàm animo vix concepta prævertere, eisque recluso Apostolicæ liberalitatis thesauro occurrere studeamus. Dum itaque frequentes ex omni Christiani Orbis Regione Fideles ad Nostram hanc Urbem, et ad Beatorum Apostolorum Limina, pro indicto a Nobis imminentis Anni Sancti Jubilæo consequendo, partim jam advenientes intuemur, partim venturos accipimus, ad complures alios utriusque sexus Christifideles mentis Nostræ oculos convertimus, qui non minori devotionis spiritu incensi, vel etiam animarum suarum necessitatibus impulsi, hujusmodi iter avidè aggrederentur, nisi eos aut susceptum sanctioris vitæ propositum certis locorum spatiis affigeret, aut ineluctabilis captivitas, vel corporalis infirmitas detineret. Horum Nos fidei ac desideriis favere, nec non spiritualibus indigentiis

consulere, simulque pias preces supplicationesque eorum omnium, inter quos Evangelicæ perfectionis sequaces animæ, lectissima portio Dominici gregis, connumerantur, Nostris, congregatæque Nobiscum Fraternitatis obsecrationibus, ad exorandam Omnipotentis Dei misericordiam, adjungere cupientes, præsentium Literarum tenore opportunas rationes præscribere decrevimus, per quas tam Viri, quàm Mulieres in Eremis, Monasteriis, et Religiosis Domibus assiduè vitam degentes, seu in custodiis, et carceribus detenti, aut morbis et infirmitatibus procul ab Urbe impediti, etiam ad ipsam Urbem non accedentes, neque sacras Apostolorum memorias, et Patriarchales ejusdem Urbis Basilicas respectivè visitantes, permissarum absolutionum, concessique a Nobis plenarii Jubilæi participes effici valeant.

ANNO JUBILÆI.

Jubilæum cum opportunis favoribus illi adjunctis ad diversà personarum genera extendit.

§. 1. Ut autem nemini dubium oriri possit, quænam personæ sub harum Litterarum providentia comprehendantur: in primis Moniales omnes, quæcumque solémnia Religionis vota emiserunt, et in Monasteriis, sub perpetuæ Clausuræ legibus, sive Locorum Ordinariis, sive Regularibus Superioribus, sive Apostolicæ Sedi immediatè subjectæ, vivunt; earum quoque Novitias, aliasque Virgines, seu Mulieres sæculares, Educationis, aut alia de causa, cum opportunis licentiis in eisdem Monasteriis habitantes; item Monasteriorum hujusmodi Moniales, quæ aliquando ad eleemosynas colligendas ex eorundem Clausura egrediuntur; nec non Oblatas in communitatibus viventes, quarum institutum ab hac Apostolica Sede approbatum existit, cum earum pariter Novitiis, Educandis, aliisque cum ipsis conviventibus, licet rigorosæ Clausuræ legibus adstrictæ non sint; Tertiarias quoque sub uno eodemque tecto collegialiter viventes, unà cum earum Novitiis, Educandis, aliisque sæcularibus Personis in earum societate viventibus, quamvis rigorosam Clausuram non observent, earumque Institu-

1. Ad Moniales Oblatas, Tertiarias, aliasque Puellas, et Mulieres, quæ hic declarantur.

ANNO JUBILÆI.

tum, nec unquam ad hunc diem ab Apostolica Sede approbatum, aut confirmatum extiterit, neque pro approbato, præsentis concessionis vigore, in posterum haberi debeat; ac denique Puellas atque Mulieres in Conservatoriis degentes, quamvis nec Monialium, nec Oblatarum, nec Tertiariarum numero habeantur, neque Clausuræ legibus subjectæ sint, tam in Urbe, quam extra eam ubique locorum et gentium existentes, præsentis concessionis favoribus, uti, frui, et gaudere posse volumus, et declaramus.

2. Ad Anachoretas et Eremitas, de quibus in hac declaratione.

§. 2. Item Anachoretas et Eremitas, non quidem eos, qui nullis Clausuræ legibus adstricti, sive collegialiter et in societate, sive etiam solitarii, sub Ordinariorum etiam regimine, certisque legibus aut regulis obtemperantes, vivunt, sed eos, qui in continua, licet non omnimodè perpetua, Clausura et solitudine, contemplativæ vitæ exercitiis dediti, alter ab altero seorsim degunt; etiamsi Monastici, aut Regularis Ordinis, et Instituti Professores existant, uti Cistercienses aliquot, et Chartusienses Monachi, et Eremitæ Sancti Romualdi in more habent, sub hujus concessionis amplitudine volumus comprehensos.

3. Ad captivos, carceratos, relegatos, damnatos ad opus etc.

§. 3. Ad eos etiam utriusque sexus Christifideles, qui in captivitate apud hostes quoquo modo existunt; nec non ad eos, qui ubique locorum, ex civilibus, aut criminalibus causis, in carceribus tam Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum Superiorum et Tribunalium, quàm Sæcularium Principum, et Magistratuum, et ad Regulares, qui in carceribus Claustralibus detinentur, vel quia nondum eorum causæ expeditæ sint, vel quia tempus pœnæ eisdem impositæ non adhuc sit elapsum; quive, ex Superiorum quorumcumque præcepto, aliquem locum, aut Civitatem, carceris, et custodiæ, seu exilii, et deportationis loco habent; ac demum ad eos, qui in Triremibus, seu alibi, ad opus damnati, eique addicti reperiuntur, ejusdem præsentis concessionis gratiam misericor-

diter extendimus. Pro iis tamen, qui carceribus Tribunalis Sanctæ Inquisitionis inclusi ubicumque detinentur, ea, quæ paternæ providentiæ Nostræ opportuná videbuntur, per organum ipsius Inquisitionis officii præscribere non omittemus.

ANNO JUBILÆI.

§. 4. Denique ad Infirmos pariter utriusque sexus, tam Laicos, quam Ecclesiasticos, sive Sæculares, sive cujuslibet Ordinis, Congregationis, et Instituti Regulares, qui nempe extra Urbem actu aliqua laborant corporis infirmitate, a qua, juxta Medici judicium, non ita tempestivè liberari poterunt, ut intra ipsum Jubilæi annum ad Urbem conferre se valeant, vel qui, licet ex hujusmodi infirmitate convaluerint, non tamen sine gravi incommodo, et recidivæ periculo, Romanum iter conficere possent; quive etiam habitualiter infirma valetudine utuntur, adeo ut iter hujusmodi suscipientes, in actualem facile morbum, aliudve grave corporis incommodum incidere possent; ac demum ad senes septuagenario majores, quæcumque inferiùs præsentibus Literis respectivè statuentur, spectare et pertinere volumus pariter, et declaramus.

4. Ad actu vel habitu infirmos; et senes septuagenario majores.

§. 5. Hos itaque omnes et singulos monemus, hortamur, et obsecramus in Domino, ut peccata sua in amaritudine animæ recolentes, totoque cordis affectu detestantes, salutari Pœnitentiæ Sacramento, et congruis satisfactionis operibus conscientias suas expiare curent; tum ad vivificum Divinæ Mensæ convivium, innocentiæ et charitatis stola ornati, reverenter accedant, Deumque Optimum Maximum, per Unigenitum Filium ejus, ac per merita Beatissimæ Virginis Mariæ, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, omniumque Sanctorum, juxta Nostram, Ecclesiæque mentem, enixis precibus orent pro ejusdem Sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, et totius Christiani Populi tranquillitate et salute: in eumque finem alia, tum volun-

Præmissis omnibus opera pro Jubilæo consequendo facienda designat.

ANNO JUBILÆI. taria, tum sibi in locum Visitationis quatuor Basilicarum Urbis ab Ecclesiasticis Superioribus, ut infra, injungenda Religionis, Pietatis, aut Charitatis opera, devotè peragant, et exequantur.

In locum visitationis Basilicarum Urbis alia opera ab Ecclesiasticis Superioribus respectivè injungi mandat.

§. 6. Nos enim Venerabilibus Fratribus Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, per præsentes committimus, et demandamus, ut Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque superiùs expressis Puellis sive Mulieribus, tam sibi, quàm Nobis et Sedi Apostolicæ immediatè subjectis, in eorum Civitatibus, Diœcesibus, et Territoriis existentibus, Anachoretis quoque et Eremitis, Carceratis, et morbo, seniove affectis, eorum jurisdictioni respectivè subjectis, atque etiam ab illa exemptis, quatenus Sæculares Personæ, aut extra Claustra forsan cum debitis licentiis Regulares existant; Regularibus autem Prælatis, et Superioribus, ut subditis sibi Monialibus, et si quæ sint Oblatæ, aut Tertiariæ ipsorum regimini subjectæ, et ab Ordinariorum jurisdictione exemptæ, earumque Novitiis, aliisque in earundem Monasteriis, et Communitatibus, ut supra, degentibus extra Urbem, nec non Religiosis Anachoretis, sive Eremitis, aliisque Religiosis in Carceribus Claustralibus detentis, sive infirmis, et senibus septuagenario majoribus, congrua Religionis, pietatis, aut charitatis opera, æquabili disciplinæ, et indulgentiæ moderatione servata, sive per se ipsos, sive per prudentes Confessarios, designare et præscribere non omittant, quæ illi, et illæ, loco visitationum quatuor Basilicarum, et Ecclesiarum intra et extra Urbis Muros, a Nobis pro consequendo hujus Anni Sancti Jubilæo præscriptarum, juxta singulorum statum, conditionem, et valetudinem, ac loci, et temporis rationes, respectivè exequi et implere possint ac debeant; et quorum implementum Nos in earundem Visitationum locum, ad effectum ipsius Jubilæi consequendi, auctoritate Apostolica, commutando subrogamus. Pro Monialibus autem, Oblatis, et Tertiariis quibuscumque hu-

In Urbe tamen a

jus Almæ Urbis, earumque Novitiis, nec non Puellis, atque Mulieribus tam in prædictarum Monasteriis et Communitatibus, quàm in Conservatoriis ipsius Urbis degentibus, et pro Carceratis in ejusdem Urbis Carceribus, volumus, ut ad Dilectum Filium Nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem nostrum in ipsa Urbe, ejusque districtu Vicarium in spiritualibus Generalem, ejusve Vicesgerentem dumtaxat, hujusmodi operum designationem, sive per se ipsos, sive per prudentes Confessarios, facere, omnino spectet, atque pertineat.

Anno Jubilæi solo Cardinali Vicario, aut Vicesgerente injungenda decernit.

§. 7. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, et prædictorum Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex concessa Nobis, licet immerentibus, suprema ligandi atque solvendi potestate, omnibus et singulis præfatis Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis, sive Mulieribus in Monasteriis ac Religiosis, piisque Communitatibus viventibus, Anachoretis, Eremitis, nec non utriusque sexus Captivis, et in carcere, sive in custodia detentis, atque infirmis, et senibus; verè pœnitentibus, et intra præsens Jubilæi Annum ritè confessis, ac Sacra Communione refectis, Deumque Optimum Maximum, ut supra dictum est, orantibus, aliaque sibi in locum Visitationis prædictæ injungenda opera, in locis, in quibus extiterint, devotè adimplentibus, atque etiamsi, eorumdem operum executione suscepta, ipsos ante integrum eorum implementum ex hac vita migrare contigerit, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, veniam, et remissionem, etiam duabus vicibus intra ipsius Anni Sancti decursum, si omnia præmissa opera injuncta iteraverint, per eorum singulos consequendam, non secus ac ipsi, et eorum quilibet, præmissa in hac Alma Urbe exequentes, et quatuor Basilicas ejusdem Urbis, pro quibus visitandi Jubilæum ipsum et Indulgentia per Nos concessa fuit, eodem Jubilæi Anno, diebus ad id statutis, personaliter visitantes, conse-

Indulgentiam plenariam concedit duabus vicibus consequendam.

ANNO JUBILÆI.

querentur, et consequi possent, tenore præsentium, ac de Apostolicæ liberalitatis amplitudine, concedimus, et elargimur.

Facultatem dat eligendi Confessarios pro absolutione a casibus etiam in Bulla Cœnæ reservatis.

§. 8. Eisdemque Monialibus, earumque Novitiis, ut ad effectum præsentium, et pro prima vice dumtaxat, Confessarios Presbyteros sæculares, vel cujusvis Ordinis Regulares, a Locorum respectivè Ordinariis ad audiendas Monialium Confessiones approbatos quoscumque, cæteris autem supradictis Anachoretis, Eremitis, nec non oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis et Mulieribus in Monasteriis, et Religiosis, ac Piis Communitatibus, seu Conservatoriis conviventibus, et Christifidelibus captivitate, carceratione, aut custodia, infirmitate, aut senectute impeditis, tam Laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, et cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti, etiam specialiter nominandi, Regularibus, ut ad effectum hujusmodi, et pro prima pariter vice dumtaxat, Confessarios Presbyteros sæculares, sive cujusvis etiam diversi Ordinis Regulares, ab Ordinariis similiter, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, et Territoriis Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad Personarum sæcularium Confessiones audiendas approbatos quoscumque, eligere valeant; utque Confessarii sic electi, illorum Confessionibus diligenter auditis, eos, et eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, et delictis, quantumcumque gravibus, et enormibus etiam Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, absolvere, injuncta ipsis pœnitentia salutari, aliisque juxta Canonicas sanctiones, rectæque disciplinæ regulas injungendis, ac præsertim, quoad illos in carceribus detentos, quorum Criminales Gausæ nondum conclusæ sunt, iisdem seriò admonitis de obligatione, qua tenentur, Judicibus super eorum delictis legitima auctoritate eos interrogantibus veritatem aperire; quodque hoc animi proposito carentes, absolutionem sacramentalem nullo fructu, quin

Quid observandum a Confessariis edicit

potiùs majori animarum suarum damno, susciperent; si autem cum hujusmodi veritatis fatendæ proposito, aliisque debitis dispositionibus, peccata sua ritè confiteantur, absolutio, quam a Confessario obtinuerint, ipsis in foro interno utilis sane et salutaris existet; nullatenùs verò in foro externo ad temporales promeritas pœnas evitandas prodesse poterit; utque præterea Confessarii a Monialibus, Oblatis, Tertiariis, aliisque Puellis, et Mulieribus supradictis ad præmissum effectum electi, iisdem Monialibus, intra Monasteria Clausuræ legibus subjecta solemniter Professis, Vota quæcumque post Professionem emissa, et cum earum observantia Regulari compatibilia, dispensando commutare; Oblatis verò, Tertiariis, et tam istarum, quam prædictorum Monasteriorum Novitiis, cæterisque Puellis, sive Mulieribus sæcularibus in eisdem Monasteriis, et Oblatarum, aut Tertiariarum Domibus, et Communitatibus, nec non in Conservatoriis quibuslibet, Educationis, Convictus, aliave causa et ratione, cum debitis licentiis commorantibus; omnia et quæcumque Vota, exceptis illis, quæ Nobis et Apostolicæ Sedi reservata sunt, etiam dispensando commutare, easque omnes et singulas, facta commutatione hujusmodi ab emissorum Votorum, etiam juratorum, observantia absolvere possint, et valeant, dicta auctoritate Apostolica, et earundem tenore præsentium, misericorditer in Domino concedimus, et indulgemus.

ANNO JUBILÆI.

Monialibus, Oblatis, Tertiariis etc. vota simplicia commutari dispensando permittit.

§. 9. Non obstantibus Nostris super Indictione Jubilæi præsentis Anni in hac Alma Urbe, et super suspensione Indulgentiarum, et Facultatum eodem Jubilæi Anno vertente, nec non Prædecessorum Nostrorum de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus, et Reservationibus, etiam in eadem Bulla Cœnæ contentis, nec non quarumcum-

Contrariis derogat.

ANNO JUBILÆI.

que etiam Mendicantium, et Militarium Ordinum, Congregationum, Societatum, et Institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis eisdem concessis, præsertim in quibus caveatur expresse, quod alicujus Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti hujusmodi Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissimè servatis habentes, pro hac vice, et ad præmissorum effectum dumtaxat, plenissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Hortatur Episcopos ad concedendas Facultates absolvendi a casibus eisdem reservatis.

§. 10. Cæterùm Venerabiles Fratres Episcopos, aliosque Locorum Ordinarios hortamur, ut, Nostræ et Apostolicæ Sedis benignitatis exemplo permoti, Confessariis a præmissis omnibus ad earumdem præsentium effectum respectivè eligendis, Facultatem absolvendi eosdem a casibus eisdem Ordinariis respective reservatis, impertiri non recusent.

Transumptis fidem haberi decernit.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ declarationis, hortationis commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,

ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Anno Jubilæi.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIX., xvii. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno X. Dat. die 17. Dec. 1749.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

Visa de Curia.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 22. Decembris dicti Anni.*

ANNO JUBILÆI.

XXV. REGULARES APOSTATÆ

Ad suos Ordines cum pœnarum condonatione revocantur.

# BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium. PASTORIS æterni vices, licèt immeriti, gerentes in terris, paternæ charitatis Nostræ partes esse reputamus, ut Oves, quas Sathanæ versutia a caulis Domini abduxit, ad easdem opportunis rationibus reducere, et ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus.

Causæ præsentis Constitutionis. §. 1. Itaque in præsenti Anno Jubilæi, Anno scilicet remissionis et gratiæ, quem ad totius Catholicæ Ecclesiæ consolationem atque ædificationem; apertis, atque largiter prolatis spiritualium gratiarum dispensationi Nostræ divinitùs creditarum thesauris; indiximus, et benedicente Domino, maximo cum animi Nostri gaudio celebramus; pietatis Nostræ viscera erga Regulares professionis suæ desertores aperire, eosque ad Christi Ovile, suos videlicet cujusque Ordines, extra quos, Luporum rapacium insidiis, atque periculis expositi, miserè vagantur, quantum Divina benignitas largiri dignabitur, ut ad salutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut postliminio reversi, vota sua Domino reddere studeant, revocare cupientes, ac fel. record. Urbani VIII., Clementis X., Innocentii XII., et Benedicti XIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum;

Anno Jubilæi.

qui Annis Jubilæi tunc instantibus, seu currentibus, ejusmodi Regularium desertorum reductioni providè consuluerunt, vestigiis inhærentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, misericorditer indulgemus, ac statuimus, et decernimus, ut Regulares Apostatæ et Fugitivi, cujuscumque sint Ordinis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, Societatis, et Instituti etiam necessario exprimendi, qui citra Montes intra quatuor, ultra Montes verò intra octo menses, a publicatione earundem præsentium Literarum inchoandos, sua spontè ad suam quisque Religionem redierint, tunc pœnarum omnium ipsis propter Apostasiam hujusmodi inflictarum, vel infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur; ita tamen, ut debeant a suo quisque respectivè Superiore humiliter petere absolutionem, et coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; et viceversa Superior benignè illos teneatur ab hujusmodi pœnis absolvere, et paterna charitate complecti; cui propterea, ad effectum præmissum dumtaxat, quatenus opus sit, omnem facultatem necessariam dicta auctoritate harum serie impertimur.

Conceditur Apostatis intra certum tempus redeuntibus condonatio pœnarum

Quid redeuntes efficere debeant.

§. 2. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, et Institutorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stilis, et usibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, et Institutis hujusmodi, illorumque Generalibus, et aliis Superioribus, ac Personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus; et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficaciori-

Clausulæ cum derogatoriis.

ANNO JUBILÆI.

bus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu proprio, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, et aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum in genere, vel in specie concessis, et quantiscumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, et forma in illis tradita observata, exprimerentur, præsentibus pro plenè et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandatur publicatio harum Literarum.

§. 3. Ut autem eædem præsentes Literæ omnibus facilius innotescant, volumus illarum exempla ad dilectos Filios Nostros et Apostolicæ Sedis Nuntios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclesiarum Prælatos, et Locorum Ordinarios transmitti, qui illas quantocitius publicare studeant. Ipsarum verò præsentium Literarum Transumptis, seu Exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem omnino fidem in judicio, et extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum indulti, statuti, decreti, concessionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omni-

potentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. ANNO JUBILÆI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, pridie Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Decimo. Dat. Pont. Anno X. die 12. Januarii 1750.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius,

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die* 19. *Januarii* 1750.



## XXVI. AD CLAUDENDAS PORTAS SANCTAS

In exitu Anni Jubilæi deputantur tres Cardinales de Latere Legati in Consistorio Secreto Feria 2. die 7. Decembris 1750.

*Venerabiles Fratres.*

IN Consistorio secreto habito feriâ secundâ die prima Decembris Anni mox elapsi, Vobis annuntiavimus, Nos in pervigilio Natalis Domini Portam Sanctam Basilicæ Vaticanæ esse reclusuros, prout, Deo adjuvante, reclusimus. In eodem Consistorio elegimus Nostros a Latere Legatos Cardinalem Thomam Rufum, Episcopum Ostiensem, et Veliternum, Sacri Collegii Decanum, ut nomine Nostro aperiret Portam Sanctam Basilicæ Sancti Pauli: Cardinalem Nerium de Corsinis Diaconum S. Eustachii, et Archipresbyterum Basilicæ Lateranensis, ut nomine Nostro dictæ Basilicæ Portam Sanctam recluderet, denique Cardinalem Hieronymum Columnam Diacouum S. Angeli in Foro Piscium, et Liberianæ Basilicæ Archipresbyterum, ut nomine Nostro Portam Sanctam prædictæ Basilicæ aperiret. Aparuerunt, et Plenariam Indulgentiam Populo, qui præsens aderat, simul cum Apostolica Benedictione, auctoritate Nostra elargiti sunt. In Pervigilio imminentis Festivitatis Nativitatis Domini Nostri JESU CHRISTI, more solito, claudemus Portam Sanctam Basilicæ Vaticanæ. Nunc autem eosdem Cardinales, quos deputavimus de Latere Legatos, ut Portas Sanctas Basilicarum Sancti Pauli, Sanctis Joannis in Laterano, et Sanctæ Mariæ Majoris nomine Nostro aperirent, eligimus, et deputamus in Cardinales de Latere Legatos, ut nomine Nostro unusquisque

unusquisque Portam Sanctam, quam aperuit, claudat; unicuique eorum auctoritatem attribuentes elargiendi populo præsenti Plenariam Indulgentiam unà cum Apostolica Benedictione. Et quemadmodum ipsos in accessu ad aperitionem Portarum Sanctarum dispensavimus ab Equitatus solemni pompa, qua ex Vaticano Cardinales de Latere Legati proficisci solebant, et concessimus, ut unusquisque ad suam Basilicam se conferret ex propriis Ædibus curru devectus, suoque nobili comitatu stipatus; hoc ipsum ut fiat, etiam nunc indulgemus, cum in imminenti Pervigilio Nativitatis Domini ad sibi designatam Basilicam unusquisque accessurus est, Portam Sanctam clausurus. ANNO JUBILÆI.

*Cum autem prædictus Reverendissimus Cardinalis Rufus Decanus, ob valetudinis incommodum, excusationem ab injuncto munere obtinuisset; Sanctitas Sua sequentem Syngrapham ad Reverendissimum D. Petrum Aloysium Episcopum Albanensem S. R. E. Cardinalem Carafa nuncupatum conscribi mandavit.*

Dalla Segretaria di Stato li 16. Dicembre 1750.

Essendosi degnata la Santità di Nostro Signore di dispensare il Protettore della Congregazione Cassinense di fare la Funzione di chiudere la Porta Santa nella Basilica di S. Paolo in vece dell' Eminentissimo Signore Cardinal Decano, che si è preventivamente scusato, mi hà in seguito sua Beatitudine coll' Oracolo della viva voce ordinato di significare a Vostra Eminenza, di avèrla prescelta a fare la suddetta Funzione; accordandole perciò il Titolo di Legato a Latere colle Facoltà di chiudere l' accennata Porta Santa, e di benedire il Popolo

ANNO JUBILÆI.

con l'Indulgenza Plenaria in forma di Giubbileo. Tanto eseguisco, e resto baciando all' Eminenza Vostra umilmente le mani.

D. V. E.

*Umiliss. Devotiss. Servo*
S. Cardinale Valenti.

---

XXVII.

# EXTENSIO

Universalis Jubilæi in Urbe celebrati Anno Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo ad universum Catholicum Orbem.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI

*Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Procemium. Pontificis gaudium de celebratione Jubilæi in Urbe cum magno Religionis fructu sequuta.

BENEDICTUS Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui dedit Nobis elapsum Jubilæi Annum, secundum desideria cordis Nostri, per omnia felicem, faustumque transigere. Repleti sumus consolatione, superabundavimus gaudio, dum toto hujus Anni decursu, Dilectorum in Christo Nostrorum Ecclesiæque Filiorum fidem, religionem, pietatemque perspeximus. Vidimus confluentes ad hanc Urbem Nostram innumeros ex omni lingua, et populo, et natione, ex omni ordine, ætate, ac sexu, Christifideles, qui ipso suo adventu, et propriæ

fidei fervorem, et amplitudinem Regni Dei tes- ANNO JUBILÆI.
tabantur. Eosdem vidimus ad sacra ejusdem Urbis Templa certatim accurrentes, in spiritu contrito et humiliato, animarum suarum expiationi consulere, et sicut olivarum novellas in circuitu Mensæ Domini, vivifica Christianæ unitatis, et pacis Sacramenta percipere. Tum etiam impigro studio, et religiosa frequentia, ab una ad alteram sæpe procedentes Ecclesiam; nunc in Constantiniana Lateranensi Basilica, SALVATORIS Nostri Clementiam, per merita ipsius Beati PRÆCURSORIS, ejusdemque Dilecti DISCIPULI ET EVANGELISTÆ exorantes, nunc in Liberiana Æde in Exquiliis, gloriosæ Virginis DEI GENITRICIS opem atque præsidium implorantes; nunc Sacram APOSTOLORUM PRINCIPIS Confessionem in Vaticano; nunc via Ostiensi DOCTORIS GENTIUM Martyrium osculantes, uberibusque lacrymis perfundentes, pro Ecclesiæ Catholicæ pace, et exaltatione, cunctorumque credentium incolumitate, et salute, unanimes ferventesque preces effundere. Quo spiritali gaudio auribus Nostris audivimus ejusdem Urbis vias, et fora, areas, et colles, piis precationibus, suavibus canticis, ac Divini Nominis laudibus personare! Quoties commota sunt paterna viscera nostra, dum confertissimos vidimus Fidelium greges, Nostris pedibus circumfusos, in persona humilitatis Nostræ, Vicariam Christi potestatem venerari, ac Beati Petri Apostolatum, cujus Dignitas in indigno hærede non deficit, effusis filialis obsequii significationibus prosequi! His populorum flagrantibus studiis Sacrorum præluxerunt exempla Pastorum, qui ad honorandam de more memoriam ejusdem Beatissimi Ecclesiæ Principis, hoc Anno potissimè frequentes se contulerunt, et quorum Nos splendidâ coronâ stipati, sacros Conventus maxima cum dignitate, universæque Fraternitatis ædificatione, celebravimus. Quid verò dicemus de Venerabilibus Fatribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

ANNO JUBILÆI.

Cardinalibus, aliisque Curiæ Nostræ Proceribus, qui piorum operum assiduitate cæteris præeuntes, simulque Christianæ humilitatis exercitationibus infra quoscumque, licet abjectæ sortis, Fratres sese demittentes, Christi bonus odor facti sunt universæ Civitati, et omnibus, qui fuerunt in ea? Quid demum de totius dilectissimæ Urbis Cleri, ac Populi devotione narrabimus, cujus pietatis exempla, cujus charitatis officia erga advenas et peregrinos, hoc Anno præsertim largiter ac sedulò impensa, in universo mundo annuncianda fore non dubitamus? Benedicti Filii Nostri, Romanæ Urbis Cives et Incolæ, qui fecerunt hanc misericordiam cum Fratribus suis. Nos autem confitebimur Domino, quoniam benignus est, quoniam consolationes ejus lætificaverunt animam Nostram.

Causæ extensionis Jubilæi ad universum Catholicum Orbem.

§. 1. Sed præterea magna a Nobis spes jure ac merito concepta est, eumdem clementissimum Dominum, imploratam votis Nostris misericordiam suam Nobis ostensurum, idque demum Ecclesiæ suæ largiturum fore, quod tam concordibus studiosisque obsecrationibus a se postulari concessit: ut scilicet Ecclesiam ipsam Catholicam, et Regnum Filii sui, per totum terrarum Orbem, et sanctitate, et amplitudine exaltet; ut cunctis Mundum purget erroribus, ut inter Christianos Principes concordiam, et pacem confirmet; universamque Christi sui plebem ab omni mundana adversitate defendens, ad æternæ salutis portum dirigat, atque perducat. Quod ut ab eodem Deo Optimo Maximo fidentius petere audeamus, de prædictorum Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, decrevimus, Universos Christifideles, qui ubique locorum et gentium unius Fidei communione junguntur, in hujusmodi votorum societatem adscire, apertoque largius Indulgentiarum Thesauro, efficaciter invitare; sperantes fore, ut dum ad id assequendum, animarum suarum maculas per pœnitentiam

eluendo, se comparabunt, ac pio devotionis affectu ferventes, debitæque erga Sedem Apostolicam observantiæ specimen in hoc ipso præseferentes, injuncta pietatis et religionis opera exercebunt; et singuli in semetipsis, id, quod pro aliis postulabunt, obtineant; et quas pro Fratribus preces supplicationesque offerent, eidem bonorum omnium largitori, innocentiæ et charitatis suæ meritò commendent.

ANNO JUBILÆI.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex suprema ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, in quacumque Mundi parte existentibus, et in Apostolicæ Sedis gratia et obedientia manentibus, etiam iis, qui forsan elapso Anno Romam venerunt, ibique, seu alibi, quavis ratione, hoc idem Jubilæum a Nobis concessum adepti sunt, verè pœnitentibus et confessis, et sacra Communione refectis, qui intra sex menses, a die publicationis præsentium in qualibet Diœcesi faciendæ computandis, Ecclesiam ipsius Cathedralem, seu Majorem, aliasque tres ejusdem Civitatis, aut Loci, sive in illius Suburbiis existentes, ab Ordinariis Locorum, vel eorum Vicariis, aliisve de ipsorum mandato, designandas, semel saltem in die, per quindecim continuos, vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam Ecclesiasticos, nimirum a primis Vesperis unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum, devotè visitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, et Christiani populi salute et tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, ut plenissimam ejusdem Anni Jubilæi omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, et veniam semel consequantur, perinde ac si quatuor Basilicas, seu Ecclesias, intra et extra Urbem pro consequendo Jubilæo

Indulgentia plènaria conceditur implentibus opera hìc designata, et injuncta.

ANNO JUBILÆI.

hujusmodi a Nobis designatas, statutis ad id diebus personaliter visitassent, et alia ad hoc requisita adimplevissent, misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Indulta pro Personis quocumque modo impeditis aliisque, arbitrio Episcoporum.

§. 3. Navigantes verò, et iter agentes, ut, si post elapsos menses hujusmodi, ad sua se domicilia, seu aliò ad certam stationem se receperint, suprascriptis peractis, et visitata totidem vicibus Ecclesia Cathedrali, vel Majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, seu stationis hujusmodi, eandem Indulgentiam consequi possint, et valeant: Nec non prædictis Locorum Ordinariis, ut cum Monialibus, Oblatis, aliisque Puellis, aut Mulieribus, sive in Monasteriorum Clausura, sive in aliis Religiosis, aut piis Domibus, et Communitatibus vitam ducentibus, Anachoretis quoque, et Eremitis, ac aliis quibuscumque tam Laicis, quàm Ecclesiasticis Personis, Secularibus, vel Regularibus, in Carcere, aut Captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, quominus supra expressas visitationes exequi possint, super præscriptis hujusmodi visitationibus tantummodo; cum Pueris autem, qui nondum ad primam Communionem admissi sint, etiam super Communione hujusmodi dispensare; ac illis omnibus et singulis, sive per se ipsos, sive per eorum, earumque Regulares Prælatos, aut Superiores, vel per prudentes Confessarios, alia pietatis, charitatis, aut religionis opera, in locum visitationum hujusmodi, seu respective in locum Sacramentalis Communionis prædictæ, ab ipsis adimplenda præscribere, atque etiam Capitulis, Congregationibus tam Sæcularium, quàm Regularium, Sodalitatibus, Confraternitatibus, Universitatibus, seu Collegiis quibuscumque, Ecclesias hujusmodi processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum, pro suo prudenti arbitrio, reducere possint ac valeant, eorundem tenore præsentium, concedimus pariter, et indulgemus.

§. 4. Insuper iisdem Monialibus, earumque Novitiis, ut sibi, ad hunc effectum, Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monasteria constituta sunt; approbatum; Cæteris autem omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus tam Laicis, quàm Ecclesiasticis; Sæcularibus, et cujusvis Ordinis, congregationis, et Instituti, etiam specialiter nominandi, Regularibus, licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad eundem effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quàm cujusvis etiam diversi Ordinis; et Instituti Regularem, ab actualibus pariter Ordinariis, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, et Tertiariis Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad personarum Sæcularium Confessiones audiendas approbatum, qui intra dictum semestris spatium, illas, et illos, qui scilicet præsens Jubilæum consequi sincerè, et seriò statuerint, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad Confessionem apud ipsos peragendam accedant, hac vice, et in foro conscientiæ dumtaxat, ab Excommunicationis, Suspensionis, et aliis Ecclesiasticis Sententiis et Censuris, a jure, vel ab homine quavis de causa latis, seu inflictis, etiam Ordinariis Locorum, ac Nobis, et Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, seu per alias quascumque Apostolicas Constitutiones quomodocumque reservatis, et a Sacris Canonibus fulminatis; nec non ab omnibus peccatis, et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis, ac Nobis, et Sedi Apostolicæ, ut præfertur, reservatis, injuncta ipsis pœnitentia salutari, aliisque de jure injungendis, absolvere; nec non Vota quæcumque, etiam jurata, ac Sedi Apostolicæ reservata (Castitatis, Religionis, et Obligatoriis, quæ a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de præjudicio tertii, semper

Anno Jubilæi. Facultates pro electione Confessarii, et pro obtinendis absolutionibus, votorum commutationibus etc.

ANNO JUBILÆI.

exceptis; nec non pœnalibus, quæ præservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quàm prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare; et cum Pœnitentibus hujusmodi in Sacris Ordinibus constitutis, etiam Regularibus, super occulta Irregularitate ad exercitium eorundem Ordinum, et ad superiorum assecutionem, ob Censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensare possint, et valeant, eadem auctoritate, et Apostolicæ benignitatis amplitudine, concedimus et indulgemus.

Declarationes circa præmissas facultates.

§. 5. Non intendimus autem per præsentes super aliqua alia Irregularitate vel publica, vel occulta, seu defectu, aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contractis, dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super præmissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam ulli Confessario facultatem absolvendi Complicem in quolibet inhonesto contra sextum Præceptum peccato; aut Complici, Confessarium hujusmodi ad effectum præsentium eligendi licentiam impertiri; ut jam in aliis Nostris Literis incipien. *Sacramentum Pœnitentiæ*, (†) Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo editis, generaliter declaratum fuit; neque demùm easdem præsentes iis, qui a Nobis, et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico, nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus ubi opus fuerit concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

(†) *Hujus Edit. vol.* 1. *p.* 101.

Aliæ declarationes.

§. 6. Cæterum, si qui post inchoatum, hujus Jubilæi consequendi animo, præscriptorum

operum implementum, morte præventi, præfinitum Visitationum numerum complere nequiverint, Nos piæ promptæque illorum voluntati benignè favere cupientes, eosdem verè pœnitentes, et confessos, ac Sacra Communione refectos, prædictæ Indulgentiæ et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si prædictas Ecclesias diebus præscriptis reipsa visitassent. Si qui autem, post obtentas vigore præsentium, absolutiones a censuris, aut Votorum commutationes, seu dispensationes, prædictas, serium illud, ac sincerum, ad id aliàs requisitum, propositum ejusdem Jubilæi lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, mutaverint, licet propter id ipsum a peccati reatu immunes censeri vix possint, nihilominus hujusmodi absolutiones, commutationes, et dispensationes ab ipsis cum prædicta dispositione obtentas, in suo vigore persistere decernimus ac declaramus. ANNO JUBILÆI.

§. 7. Ut autem hujus consilii Nostri, quod pro totius Populi Christiani salute, et sanctificatione suscepimus, optatum consequamur effectum, maxima, post Deum, fiducia Nobis reposita est in Venerabilium Fratrum Nostrorum Ecclesiæ Dei Antistitum cooperatione et sedulitate. Itaque omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ordinarios Locorum Prælatos, sive Ordinariam localem jurisdictionem, in defectum Episcoporum et Prælatorum hujusmodi, legitimè exercentes, gratiam et communionem Sedis Apostolicæ habentes, per nomen Domini Nostri, et Pastorum Principis JESU CHRISTI, et per Charitatem Ecclesiæ ipsius Sponsæ hortamur, rogamus, atque etiam Apostolica auctoritate ipsis injungimus, ut simul ac præsentium Litterarum exempla ad eorum manus pervenerint, non solum easdem solemniter publicare, et in reliquis sibi superiùs injunctis exequi non prætermittant; verùm etiam omni studio adnitantur, ut Fi- Adhortatio ad Episcopos

ANNO JUBILÆI. deles sub eorum regimine constituti, oblatam sibi occasionem reformationis, reconciliationis, et sanctificationis cum gaudio suscipiant; ac se Apostolicæ Sedis favoribus et gratiis dignos exhibentes, has ipsas in uberrimum animarum suarum, Ecclesiæque universæ fructum convertant. Quid jam ab ipsorum Antistitum zelo, in præparandis ad Universalis Jubilæi acquisitionem subjectis sibi plebibus, præstari optaverimus, dudum eisdem per Apostolica scripta ex hac Sede directa significavimus. Quid verò nos ipsi in hac Urbe nostra in eundem finem præstiterimus, ad eorum notitiam perlatum fuisse putamus. Quo demùm pietatis fructu, quo religionis exemplo, in hac ipsa Urbe, benedicente Domino, celebrata fuerit ipsius Jubilæi solemnitas, nullum Terræ angulum latere arbitramur. Meritò igitur ab iisdem Ecclesiarum Pastoribus expectamus, et petimus, ut attendentes ad Petram, ex qua excisi sunt, suam cum Romana Ecclesia unitatem, et communicationem in hoc etiam ostendere gestiant, ut singuli in suis Civitatibus, et diœcesibus id efficere curent, quod ipsa Ecclesiarum Mater, pro totius Catholicæ Societatis profectu et incremento, pro Christiani Populi emendatione et salute, expetit, quod eadem Romana Ecclesia illustribus exemplis commonstrat et docet. Omnes itaque Pastoralis sollicitudinis curas in id impendant, ut commissos sibi Populos, in ejusdem disciplinæ puritate, Christianæque pietatis fervore concordes exhibeant, unusque per omnes Catholicas Ecclesias bonorum operum splendor appareat, ut omnium Fidelium consentientibus precibus exoratus Omnipotens Pater, Ecclesiam suam miseratione continuata emundet, defendat, amplificet; Supremos Principes, qui ejus ordinatione in sublimitate sunt, cœlestibus benedictionibus cumulet; universosque credentes, per viam pacis, et per mandatorum suorum semitas, ad æternam salutem, quàm Nobis Unige-

nitùs ipsius Filius promeruit, gratiæ suæ munere perducat. Tunc demùm gaudium nostrum plenum erit, ipsique Ecclesiarum Pastores de profectu Sanctarum Ovium una nobiscum exultatione gaudebunt. ANNO JUBILÆI.

§. 8. Charissimos denique in Christo Filios Nostros, Imperatorem electum, ac Reges, et Principes omnes Catholicos, quorum plerique pro hujùs Jubilæi ad eorum Regna, atque Dominia extensione suum Nobis desiderium significarunt, quum satis intelligere non dubitemus, ex hoc salutari opere in eorum Ditionibus exequendo, cum piæ conversationis augmento, sinceræ erga ipsos obedientiæ studium, in populis eorum Ditioni subjectis magis magisque firmatum iri, Divinæque propitiationis auxilium, ad ipsorum Dominantium, eorumque Principatuum prosperitatem et pacem, efficaciùs implorari; idcirco eosdem omnes et singulos fidentiùs hortamur atque rogamus, ut omnia adjumenta et auxilia præstent dictis Ecclesiarum Prælatis, ad hoc ut pium hujusmodi opus aptissimis mediis promovere, et ad optatum finem perducere valeant.

Item ad Catholicos Principes.

§. 9. Præsentes quoque Litteras per omnia validas, et efficaces existere, suosque plenarios effectus, ubicumque per dictos Ordinarios Ecclesiarum Præsules publicatæ, et executioni mandatæ fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicæ Sedis gratia et obedientia manentibus, in hujusmodi locis commorantibus, sive ad illa postmodum ex navigatione, et itinere se recipientibus, plenissimè suffragari volumus, atque decernimus; non obstantibus de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis, editis Constitutionibus, Ordinationibus, et generalibus, seu specialibus absolutionum, seu relaxationum, ac dispensationum reserva-

Clausulæ pro Litterarum subsistentia, et effectu.

ANNO JUBILÆI. tionibus, etiam in prædicta Bulla Cœnæ contentis; necnon quorumcumque, etiam Mendicantium, et Militarium Ordinum, Congregationum, Societatum et institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis eisdem concessis, præsertim in quibus caveatur expressè, quod alicujus Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti hujusmodi Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur: Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissimè servatis habentes, pro hac vice, et ad præmissorum effectum dumtaxat, plenissimè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium Transumptis, sive Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 25. Dec. 1750. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo

septingentesimo quinquagesimo, Octavo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo. Anno Jubilæi.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

Visa de Curia,

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi,

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die* 1. *Januarii* 1751.



XXVIII.

# DE JUBILÆI EXTENSIONE

## Ad Universum Catholicum Orbem.

*Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, aliosque Locorum Ordinarios, gratiam et communionem Sedis Apostolicæ habentes.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Jubilæum in Urbe recto ordine, et magna Fidelium frequentia ac pietate celebratum.

CELEBRATIONEM Magni Jubilæi in hac Alma Urbe, Domino adjuvante, complevimus, clausâ per Nos ipsos juxta antiquam consuetudinem Porta Sancta Basilicæ Principis Apostolorum in Vaticano, quam ipsi quoque initio Anni Sancti solemni ritu aperuimus; quemadmodum aliarum Basilicarum Portæ, nimirùm Sancti Pauli Via Ostiensi, Sancti Joannis in Laterano, et Sanctæ Mariæ Majoris, de mandato nostro, per S. R. E. Cardinales Legatos ad id per Nos deputatos, apertæ, et clausæ fuerunt. Multæ verò, justæque sunt Nobis causæ, cur et Nobiscum animo lætemur, et maximas Omnipotenti Deo bonorum omnium datori gratias rependamus, dum quæ hac occasione in votis habuimus, impleta, quæque fieri mandavimus, diligentissimè perfecta fuerunt. Jussimus opportuno tempore Vias per universam Ditionem nostram peregre advenientium commodo sterni, et complanari, idque accuratè ac in tempore peractum fuit. Mandavimus rerum omnium, quæ ad victum pertinent, magnam copiam, tum in cunctis

Ditionis prædictæ locis, tum maximè in Urbe comparari, quo scilicet ii, qui pro Jubilæi assecutione iter facerent, quosque propterea in Urbe commorari oporteret, necessaria quæque suis usibus invenirent pro justo pretio; contra quàm evenire solet, ubi pro frequentia hominum extra ordinem confluentium, opportuna cibaria ante coacta non fuerint; et hoc etiam mandatum Nostrum diligenter curatum fuit. Cùm autem anno superiore, antequam Jubilæum aperiretur, omnibus, ad quos pertinebat, studiosè commendatum per Nos fuerit, ut Ecclesiæ Urbis restaurarentur, earumque nitori, atque ornatui, quantum fieri posset, ac Divini cultus ratio posceret, consuleretur; non satis explicare possumus, quam cumulatè Nobis hac in parte satisfactum fuerit, quantaque animi nostri lætitia decorem Domus Dei undique fulgere conspexerimus. Jam verò invitationi nostræ, qua universos Christifideles ubique Terrarum constitutos, ad veneranda Sanctorum Apostolorum limina, et lucrandum Indulgentiæ Thesaurum excitavimus, incredibilis respondit confluentium multitudo, qui huc advenerunt ex remotissimis etiam Regionibus, ex Armenia, Syria, Ægypto, aliisque; ita ut longè superarit hominum concursum, qui pluribus aliis Jubilæi Annis fuisse memoratur, quemque Nos ipsi duobus proximè præcedentibus hujusmodi annis in Urbe vidimus. Ut autem peregrinantes non solùm in Terris Dominio Nostro subjectis, sed etiam in aliorum Principum, et Rerumpublicarum Ditionibus, benignè susciperentur, atque ita exciperentur, ut renovata dici possent antiqua charitatis exempla, ob quæ Peregrinationes ad sacra Apostolorum limina ad hunc diem adeò celebrantur, quum Nos hortationes Nostras quaquaversum præmittere non omiserimus, nihil Nobis hac etiam in re desiderandum superfuit. Præterea Venerabiles Fratres omnium Ecclesiarum Antistites per Apostolica scripta hortati fuimus, ut

ANNO JUBILÆI.

Fideles eorum regimini subjectos, qui Romanum iter ea occasione susciperent, sedulò instructos esse curarent, tum de sacri Jubilæi natura, et utilitate, tum de recta illius assequendi ratione; hoc autem ab ipsis studiosè impletum fuisse, ex eo cognoscere licuit, quod nunquam aliàs Sanctarum Basilicarum visitationes tam magna frequentia, tamque perspicuis devotionis ac pietatis argumentis, quemadmodum elapso anno, peractas fuisse perhibetur. Porrò innumeri fere Fideles, ut ex Pœnitentiariorum relatione accepimus, generalibus peccatorum confessionibus, cum magna sinceræ pœnitentiæ et compunctionis significatione, animas suas expiare studuerunt; alii autem magno numero, hæresi, quam profitebantur, ritè et ex animo ejurata, ad Sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ gremium feliciter redierunt.

Piorum operum exempla in ipsa Urbe conspicua.

§. I. Neque verò Romana pietas externorum pietate remissior apparuit. Cum enim et appropinquante Anno Sancto, et eo etiam vertente, sacras Missiones in Plateis, et Ecclesiis Urbis fieri jusserimus, incredibile est, quam magno concursu, et quam pia affectione Populus Romanus ad Prædicationem Verbi Dei animum intenderit. Atque hinc potissimùm præclara illa prodierunt pœnitentiæ, et religionis exempla, quæ omnium ordinum Cives in peragendis piis Anni Sancti exercitationibus certatim ediderunt. Sane illi, quos, tanquam lucernas super candelabrum positas, majori bonorum operum luce splendere decebat, ita votis Nostris, et expectationi responderunt, ut maximam ex eorum pietate consolationem, plenumque gaudium Nos percepisse gloriemur. Etenim, Venerabiles Fratres Nostros, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Episcopos, et Curiæ nostræ Præsules, aliosque Urbis Proceres, ac Nobiles utriusque sexus, tum sacris Missionum prædictarum exercitiis assiduè adstantes oculis nostris conspeximus; tum toto Anni Sancti decursu partim vidimus, partim audivimus, præscriptas Eccle-

siarum Visitationes devotè peragere, Peregrinorum Mensis humiliter ministrare, eorum pedes in publicis Hospitiis abluere, eosdemque interim non minus verbo, quàm exemplo docere; publicis Ecclesiæ Functionibus assiduè interesse; pauperum indigentias largis eleëmosynis sublevare; sustentare suis facultatibus Locorum Piorum impensam, cui aliter pares esse non potuissent hujusmodi Locorum census, dum munus suum esse reputant, infinitæ Peregrinorum multitudini domicilium, cubilia, mensas, munifica liberalitate præbere. Quæ omnia quum in conspectu totius ferè Catholici Orbis peracta fuerint, conticescere sanè cogent homines impudentissimos, qui ab Ecclesiæ communione alieni, calumniari ausi sunt, Jubilæi in Urbe celebrationem nil aliud, quàm scandalorum cumulum, et ad pecunias colligendas inventum, dici debere. ANNO JUBILÆI.

§. 2. Jam verò sub ipsum Anni Sancti initium, Nos Prædecessorum Nostrorum exemplis inhærentes, edita Constitutione, quæ incipit: *Paterna charitas* (*vide supra num. XXIV. pag.* 178.,) non modo Monialibus, Anachoretis, Eremitis, atque in carcere, seu in captivitate detentis, sed etiam iis, qui propter corporis infirmitatem ad Urbem accedere prohiberentur, concessimus, ut Sacra Indulgentia, aliisque favoribus universali Jubilæo adnexis, extra Urbem compotes fieri possent, subrogatis in locum Visitationum Basilicarum ipsius Urbis, piis aliis operibus, eorum Præsulum, et Superiorum prudenti arbitrio præscribendis. Quod verò spectat ad eos, quibus neque Clausuræ lex, neque corporis infirmitas impedimento esset ad Romanum iter suscipiendum, non una fuisse dignoscitur Apostolicæ Sedis disciplina, in concedenda nimirùm illis, aut deneganda, facultate consequendi extra Urbem, Anno Sancto labente, Indulgentiam, aliosque favores Jubilæo adnexos; etiamsi ageretur de sublimioribus Personis, quarum par est peculiarem rationem haberi. Sanè de Præ-

Pontifex opportune consuluit personis legitimè impeditis ne ad Urbem accederent, durante Anno Sancto.

ANNO JUBILÆI.

decessore Nostro Clemente Papa VI. legitur, quod ad concedendam Hugoni Regi Cypri Indulgentiam Anni Sancti, qui tum Romæ celebrabatur, adduci non potuit, quamvis ille ardenter eam expeteret, seque ab itinere Romam versus ineundo publicis quibusdam necessariis negotiis impeditum assereret : *Licet enim* (inquit) *alii plures Principes, sicut Tu, etiam id devotè petierint*; *Venerabiles Fratres Nostri attendentes*; *quod Indulgentia ipsa*; *sicut pro ipsarum animarum salute*, *sic pro honore Sanctorum ac veneratione concessa est, consentire quod daretur alicui, nisi easdem Basilicas et Ecclesias visitaverint, nullatenus voluerunt.* Contra verò alter Prædecessor Noster Bonifacius Papa IX. Anni Sancti tempore concessit piis et Catholicis Principibus, Richardo Angliæ, et Joanni Lusitaniæ Regibus, ut Jubilæi Indulgentiam extra Urbem assequi possent, facta eorum Confessariis facultate præscribendi ipsis alia opera pia, quæ loco itineris ad Urbem, et visitationis Basilicarum ipsius Urbis, implere deberent. Invenimus etiam Sixtum Papam IV. Nostrum similiter Prædecessorem, dum Jubilæum Romæ celebraret, indulsisse Regi, et Reginæ Castellæ, ac Legionis, eorumque Consanguineis, Ducibus, et Baronibus, ut etiamsi Romam ad Sacras Basilicas invisendas non accederent, aliis quibusdam piis operibus adimpletis, Jubilæi Indulgentiam consequi valerent. Neque dissimiles sunt concessiones, quas a Prædecessore quoque Nostro Julio Papa III. Annum Sanctum pariter celebrante, favore Caroli V. Romanorum Imperatoris, ejusque Filii Philippi tunc Hispaniarum Principis nuncupati, aliorumque Principum, prodiisse cognovimus. Itaque Nos horum Pontificum proximè memoratorum vestigiis insistentes, minimè recusavimus, postulantibus Charissimis in Christo Filiis Nostris Catholicis Regibus, aliisque Principibus, qui non valetudinis, aut ætatis vitio, sed aliis publicis de causis impediti essent, quo minus Romam accede-

rent, indulgere, ut per alia pia et salutaria opera, in locum hujusmodi itineris et accessus, ipsis opportunè præscripta, ad consequendam, etiam Anno Sancto vertente, sacri Jubilæi Indulgentiam, sese disponere possent.

ANNO JUBILÆI.

§. 3. Quemadmodum verò in hujusmodi Indultorum concessione, ut ex hucusque dictis apparet, Nos a Prædecessorum Nostrorum usu et disciplina minimè recessimus, atque etiam in hujusmodi disciplinæ varietate mitiorem magisque benignam partem elegimus, ita nunc eandem agendi rationem in animo habemus, dum, expleto Anni Sancti cursu, Jubilæi Indulgentiam atque favores ad alias Catholici Orbis partes, in omnium Christifidelium utilitatem, etiam eorum, qui dicto Anno Romam non accesserunt, extendere et ampliare intendimus. Porrò laudatus Prædecessor Noster Sixtus PP. IV., quum advertisset Anno Jubilæi MCDLXXV., a se celebrato, propter bellorum suspiciones, et male tuta itinera, non magnum in Urbe fuisse confluentium numerum; ut animarum Christifidelium, dissitarum præcipuè Nationum, saluti consuleret, statuit, et indulsit, ut qui sequenti anno, a Kalendis Maji usque ad ipsius anni finem, Bononiam se contulissent, ibique quatuor ab ipso Pontifice designatas Ecclesias visitassent, eandem Jubilæi Indulgentiam consequi possent, quæ anno præcedenti Romam accedentibus concessa fuerat; quapropter miram Peregrinorum multitudinem ex omni Orbis parte Bononiam ea occasione confluxisse, memoriæ proditum est. Alterius quoque supra memorati Pontificis Gregorii XIII. extant Apostolicæ Litteræ, quibus post celebratum Anno MDLXXV. in Urbe Jubilæum, ad preces S. Caroli Borromæi tunc Archiepiscopi Mediolanensis, idem Jubilæum ad Civitatem et Populum Mediolanensem extendit, ejusdem Sanctissimi Præsulis arbitrio relinquens, ut ipsius Jubilæi lucrandi modum, et tempus, necnon Ecclesias, quæ in eum finem visitari deberent, pro sua pruden-

Elapso Anno Sancto, non recusarunt Romani Pontifices Jubilæum ad pleraque loca extra Urbem extendere.

ANNO JUBILÆI.

tia statueret; id quod ab eo cum magna populi ædificatione præstitum fuisse, Ecclesiæ Mediolanensis Acta, et Scriptores de vita ejusdem S. Caroli agentes fusè testantur. Sed et præfatus Clemens VI., quem supra narravimus alienum fuisse a concedenda Jubilæi Indulgentia, durante Anno Sancto, his, qui ad Urbem non accessissent, transacto Anno Sancto MCCCL., Fratribus Ordinis S. Augustini, qui in proximè sequenti Festo Pentecostes, pro celebrando sui Ordinis Capitulo Generali Basileæ convenerant, eandem Indulgentiam concessit, quam singuli eorum præcedenti anno Romam venientes consequi potuissent. Similes quoque Jubilæi extensiones favore quarundam Personarum, sive Communitatum, post Annum Sanctum MCD. a Prædecessore Nostro Bonifacio Papa IX. concessæ leguntur. De generalibus verò concessionibus, per quas, post Jubilæi celebrationem Romæ peractam, ejusdem beneficia ad universum Catholicum Orbem extensa fuerunt, plura extant exempla a Prædecessoribus Nostris, Alexandro VI., Gregorio XIII., Clemente VIII., aliisque etiam a Nostra ætate minus remotis, Urbano VIII., Innocentio X., Clemente X., Nobis relicta.

Pontifex generalem extensionem concedere, opportunum duxit.

§. 4. Quibus Nos permoti, similem generalem concessionem favore omnium Christifidelium ubique Terrarum existentium promulgare decrevimus. Cum autem id, anteactis temporibus, hac ratione plerumque fieri consueverit, ut scilicet unicuique Episcopo pro hujusmodi extensione supplicanti, concederentur Apostolicæ Litteræ in forma Brevis, quibus ad ipsius postulantis Civitatem atque Diœcesim dumtaxat extendebatur Jubilæum Anni Sancti; cumque proinde facile eveniret, ut aliqui aut rerum imperiti, aut de hoc non cogitantes, hujusmodi Litterarum expeditionem negligerent, quamvis illæ omnibus, sine ullo prorsùs sumptu, expediri consueverint, ideoque plures Civitates, atque Diœceses, tanti spiritualis beneficii ex-

pertes remanerent; Nos quidem satius esse judicavimus, unica generali Constitutione, Indulgentiam Jubilæi universalis, cum aliis Privilegiis, atque favoribus in ipsa Constitutione indicatis, ad omnem, qua latè patet, Ecclesiam extendere; quo et communis fiat omnibus ritè expetentibus hujusmodi Thesauri acquirendi facultas, et Vobis, Venerabiles Fratres, seu vestris in Urbe negotiorum gestoribus, nulla supersit cura pro peculiarium, quas supra diximus, Litterarum expeditione.

ANNO JUBILÆI,

§. 5. Plures sanè Constitutiones, seu Litteræ Apostolicæ a Nobis editæ sunt, occasione Jubilæi Anni Sancti. Prima Constitutio, quæ incipit: *Peregrinantes*, (*ut supra n. XVII. Vol.* 7, *pag.* 290.), omnibus Catholicæ Ecclesiæ Filiis directa; Indictionem continet ipsius Universalis Jubilæi, elapso nuper Anno Sancto MDCCL. in Urbe celebrandi. In altera, cujus initium est: *Cum nos nuper*, (*ut supra num. XVIII. Vol.* 7, *pag.* 294.) Prædecessorum Nostrorum morem sequuti, declaravimus, quæ Indulgentiæ, quæque Facultates, eodem Anno Sancto, suspensæ remanerent, et quæ in suo vigore perseverarent. Deinde Epistolam Encyclicam direximus ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, cujus prima verba sunt: *Apostolica Constitutio* (*ut supra num. XIX. Vol.* 7. *pag.* 301.); atque in ea egimus de his, per quæ unusquisque ad consequendam Sacri Jubilæi Indulgentiam se comparare deberet. Mox aliam edidimus Constitutionem, quæ incipit: *Convocatis*, (*ut supra num. XX. Vol.* 7. *pag.* 337.), in qua distinctè a Nobis expositæ fuerunt Facultates, quas pro Anni Sancti decursu concedere intendebamus, tum Pœnitentiariis in Basilicis, et Ecclesiis Urbis constituendis, tum etiam Confessariis a S. R. E. Cardinale Nostro in Urbe Vicario deputandis; quo facto plures confusiones in hoc rerum genere aliàs exortæ, in antecessum sublatæ fuerunt. Addita quoque ibidem sunt monita

Indicantur Litteræ, in quibus de omnibus, quæ ad Jubilæum pertinent, aliquid mandatum, statutum, aut definitum fuit.

ANNO JUBILÆI.

quædam, a prædictis omnibus pro recto usu Facultatum sibi concessarum observanda. Post hæc, quum in evolvendis, non sine diuturno atque oneroso labore, Operibus Theologorum, qui *Morales* vocantur, innumeras deprehendissemus controversias, quæ ab iis variè agitantur, tum circa usum Facultatum, quæ Pœnitentiariis in Urbe deputatis pro Anno Sancto conceduntur; tum circa rationem et modum Indulgentiæ consequendæ; et quidem in earum tractatione advertissemus diversas omnino vias per hujusmodi Scriptores insisti; operæ pretium duximus aliam Epistolam exarare, dictis Pœnitentiariis per Urbem constitutis, et Confessariis a Cardinale Vicario deputatis inscriptam, quæ Italico sermone prodiit, incipiens: *Fra le fatiche*, (*ut supra num. XXI. pag.* 7.) quæque nunc forsan in Latinum conversa est. In ea ostendimus, plerasque difficultates quæ aliis temporibus excitatæ fuerant, et prævisas a Nobis, et simul, per opportuna verba in Nostris Constitutionibus ad eum diem promulgatis apposita, resolutas fuisse; cumque ageretur de rebus a voluntate Nostra unice pendentibus, eam quidem apertè declarare non omisimus, omnesque dubitandi causas submovere, indicatis etiam rationum momentis, quibus singula a Nobis statuta innitebantur. Illud quoque animo occurrit, quod etiam a Prædecessoribus Nostris providè cogitatum fuisse animadvertimus, complures fore, qui pro Jubilæo assequendo, in ipsius Anni Sancti decursu, libenter ad Urbem venturi essent, nisi illis suscepti status ratio, aliudve ineluctabile impedimentum, hanc peregrinationem prohiberet; cujusmodi sunt Moniales, Oblatæ, aliæque Virgines, ac Mulieres in Monasteriis, et Religiosis Domibus vitam degentes; item Anachoretæ, Eremitæ, Infirmi, senioque affecti, atque in carcere, seu in captivitate detenti; Quibus omnibus, ne piorum votorum fraudarentur effectu, opportunè provisum a Nobis fuit per aliam Nostram superius citatam Constitu-

tionem, cujus initium est : *Paterna charitas*, (*ut supra num. XXIV. pag.* 178.) ANNO JUBILÆI.

§. 6. Denique quum id solummodo superesset, ut nempe Jubilæum Anni Sancti in Urbe nuper propositum, elapso jam Anno a Nativitate Domini MDCCL., quo, ut supra diximus, indictum fuerat, ad reliquos omnes Christifideles, etiam qui ad Urbem præterito Anno minimè accessissent, nec de suarum Regionum finibus egressuri essent, ex Apostolicæ liberalitatis abundantia extenderetur; Id nunc a Nobis præstitum est per Nostram Constitutionem nuperrimè editam, quæ incipit : *Benedictus Deus*, (*ut supra num. XXVII. pag.* 194.), cui etiam hanc Nostram Encyclicam Litteram ad Vos, Venerabiles Fratres, directam adjungere opportunum judicavimus. De novissima Constitutione super extensione Jubilæi edita.

§. 7. In hac igitur Constitutione statuuntur opera injuncta, quæ unusquisque pro Indulgentiæ consecutione exequi debet; præfinitur tempus, intra quod hujusmodi opera sunt adimplenda; enunciantur Facultates, quæ Confessariis tribuuntur, ad hoc ut Fideles peccata sua in sacramentali Confessione ipsis aperientes, a censuris, et ab omnibus peccatis et excessibus, quantumvis gravibus et enormibus, etiam Locorum Ordinariis, aut Sedi Apostolicæ reservatis, in foro conscientiæ absolvere possint. Ordinariorum arbitrio et prudentiæ permittitur, pro personis suarum Diœcesum, quæ ab exequendis injunctis operibus impeditæ fuerint, et ex aliis justis causis, opportunas eorum commutationes, aut reductiones concedere. Quænam in ipsa contineantur.

§. 8. Denique id nobis curæ fuit, ut dum eandem Jubilæi gratiam, quæ Christifidelibus in Urbe præsentibus præterito Anno concessa fuerat, pro aliquibus ineuntis Anni mensibus, qui in Bulla indicantur, ad universum Catholicum Orbem extendimus, maximam servaremus similitudinem, quantum rerum natura ferebat, tam in operum injunctorum præscriptione, quàm in concessione Facultatum, quibus Confessarii uti Quomodo ex Præcedentibus Constitutionibus solvi possint quæstiones forsan excitandæ.

ANNO JUBILÆI.

poterunt; ita ut illa quidem, quæ dicta fuerunt in præfata Epistola Encyclica, quæ incipit: *Apostolica Constitutio*, de sacramentalis Confessionis et Communionis necessitate, deque dispositionibus, quæ ad ea Sacramenta digne ac fructuosè percipienda afferri debent; item ea, quæ leguntur in Bulla incipiente: *Convocatis*, et in alia Epistola, cujus initium est; *Fra le fatiche*, circa modum visitandi Ecclesias, et circa preces in hujusmodi visitationibus Deo offerendas pro Jubilæi tunc Romæ indicti acquisitione, eadem omnia in præsenti ejusdem Jubilæi extensione locum habere censenda sint. Cum verò Facultates, quæ Pœnitentiariis pro Anno Sancto Romæ deputatis indulgeri solent, nunquam generaliter concedi consueverint, etiam Jubilæi tempore, Confessariis extra Urbem constitutis, in hac sane Constitutione, quæ incipit: *Benedictus Deus*, Confessariis extra Urbem concessæ sunt ampliores illæ Facultates, quas propositi finis ratio expetere visa est, et Apostolicæ Sedis consuetudo tulit. In quarum tamen intelligentia et usu, si quod ullibi dubium oriri contingat, consuli poterunt eædem Litteræ Nostræ: *Convocatis*, aliæque Italicæ: *Fra le fatiche*; in quibus omnia ad hujusmodi dubiorum solutionem facientia reperientur. Licet enim in hac Bulla: *Benedictus Deus*, non omnia repetita sint, quantum ad Facultates pertinet, quæcumque in duabus prædictis Litteris continentur; nihil tamen in hac novissima Constitutione continetur, de quo in eisdem Litteris sermo habitus non fuerit.

De Confessario vigore hujus Jubilæi eligendo.

§. 9. Porrò in pluries memorata Constitutione *Convocatis*, data fuerat Pœnitentiariis per Ecclesias Urbis constitutis Facultas absolvendi etiam Regulares ex iis Ordinibus, in quibus viget prohibitio, ne aliis, quam proprii Ordinis Sacerdotibus approbatis, peccata sua confiteantur. In alia autem Constitutione: *Paterna charitas*, per quam indultum fuit Monialibus, Oblatis, Tertiariis, Anachoretis, aliisque impeditis, ut Jubilæum, ipso etiam Anno Sancto, extra

Urbem

Urbem consequi possent; prædictis Monialibus, carumque Novitiis facultatem concessimus eligendi sibi ad Sacramentalem Confessionem pro dicti Jubilæi consecutione peragendam, Presbyteros Confessarios quoscumque, sive Sæculares, sive Regulares, sed tamen *à Locorum Ordinariis ad audiendas Monialium Confessiones approbatos;* reliquis autem Oblatis, Tertiariis, aliisque Mulieribus in Monasteriis, seu in Religiosis et Piis Domibus vitam degentibus, necnon Carceratis, Infirmis, cæterisque impeditis personis, tam Laicis, quàm Ecclesiasticis, Sæcularibus, aut quorumcumque Ordinum Regularibus, etiam specifica mentione et expressione dignis, indulsimus, ut ad eundem effectum sibi eligere possent quemcumque Confessarium Sæcularem, aut cujuslibet etiam diversi Ordinis Regularem, qui tamen approbatus esset ad audiendas personarum sæcularium Confessiones ab Ordinariis, *in quorum Civitatibus, Diœcesibus, et Territoriis, Confessiones hujusmodi excipiendæ essent.* Id etiam confirmatum voluimus in hac recenti Constitutione, per quam Jubilæum Anni Sancti ad alias Catholici Orbis partes extendimus, ut videre licet in §. *Insuper,* ubi Monialibus, earumque Novitiis facultas indulgetur eligendi *Confessarium quemcumque, ad excipiendas Monialium Confessiones, ab actuali Ordinario loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum;* aliis verò Christi fidelibus tam Laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel cujuscumque Ordinis, Congregationis, et Instituti etiam specialiter nominandi, Regularibus, permittitur; ut ad supradictum effectum eligere possint *quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cujusvis etiam diversi Ordinis et Instituti Regularem, ab actualibus pariter Ordinariis, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, et Territoriis, Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad personarum sæcularium Confessiones audiendas approbatum :* Deinde verò in §. *Præsentes,* contrariis quibuscumque Legibus,

ANNO JUBILÆI.

ANNO JUBILÆI. Constitutionibus, et Consuetudinibus derogatur, ac nominatim iis, quibus vetitum sit, ne quorundam Ordinum Regulares extra proprium Ordinem sacramentaliter confiteri possint.

Opinionibus circa Confessarii electionem aliàs reprobatis locus relictus non est.

§. 10. Eruditioni autem vestræ, Venerabiles Fratres, ignotæ non erunt innumeræ controversiæ, quæ inter Morales Theologos agitantur, tum circa Confessarium, quem quilibet eligere potest Jubilæi tempore, ubi hujusmodi electio permittitur in Literis, quibus Jubilæum ipsum conceditur; tum etiam circa Ordinarium Loci, cujus approbatio necessaria est, ut aliquis in Confessarium tunc eligi valeat. Aliqui enim putarunt eligi posse Confessarium, etiam qui ab Ordinario Pœnitentis dumtaxat ad audiendas Confessiones approbatus fuerit. Alii non dubitarunt asserere, Apostolica adesse Privilegia quibusdam Personis concessa, quorum vigore Privilegiati hujusmodi, dummodò semel approbati fuerint ab aliquo Ordinario Præsule, licèt non Ordinario illius Loci, in quo Confessiones excipiendæ sunt, nihilominus ubique in Confessarios eligi possint. Alii subtilius disputantes, dixerunt, derivandam quidem esse approbationem ab Ordinario Loci, in quo Confessiones excipiuntur; sed sufficere illam, quam Sacerdos aliquando habuerit ab eo Præsule, qui Ordinariam jurisdictionem in hujusmodi loco obtinuerit; licèt non ampliùs idem ei loco præsit, vel quia morte sublatus fuerit, vel quia ad alterius Ecclesiæ regimen, auctoritate Apostolica, translatus sit. Hujusmodi ratiocinationum commenta ad varias hujus S. R. E. Cardinalium Congregationes non semel delata, sæpe etiam reprobata fuerunt; nec omiserunt ipsi Romani Pontifices in suis Apostolicis Constitutionibus, eadem contrariis Decretis configere, ut videre est in Bulla rec. mem. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ X., quæ incipit: *Superna*, et in alia fel. record. Innocentii Papæ XIII. incipiente: *Apostolici Ministerii*, nécnon in Nostra, cujus initium est: *Apostolica Indulta*, in Bullario No-

*Anno Jubilæi.*

stro impressa *Tom. I. num. C.* (†) Et quidem in dictis Prædecessorum Constitutionibus apposita fuit derogatio contrariis quibuscumque Privilegiis, licet post Tridentinum Concilium forsan concessis; in Nostra verò hujusmodi derogatio extensa fuit ad alia quælibet Privilegia, etiam a dictis Prædecessoribus, et a Nobis ipsis ibidem non nominatim expressa. Quoniam verò in præmissis nulla mentio facta fuit de Universali Jubilæo, de quo tunc minimè agebatur; ne forte hujusmodi reprobatæ sententiæ iterum in medium proferrentur, hac occasione, qua forsan contendi posset, eas maximè congruere ampliori Ecclesiæ liberalitati, qua, dum toto Terrarum Orbe ab ipsius Filiis celebratur universale Jubilæum, nonnisi post vigintiquinque Annos recurrens, Spirituales Thesauros aperit, et Pœnitentibus largiter applicari desiderat; ideo in hac recenti Constitutione Nostra, quæ incipit *Benedictus Deus*, ejusmodi verba inseruimus, per quæ omnes contrariæ, et reprobatæ opiniones, etiam præsentis Jubilæi tempore exclusæ remanent; quæ quidem verba, occasione alterius Jubilæi sive universalis, sive particularis adhibita, eundem effectum similiter sunt habitura.

(†) *Hujus Edit. vol.* 2. *p.* 288.

Quinam Confessarius hac occasione a Monialibus eligi possit.

§. 11. Cum autem Nos in hac novissima Constitutione agendo de Confessariis; quos Moniales, earumque Novitiæ eligere poterunt, facultatem eisdem concesserimus eligendi *Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum*, quæ verba superiùs etiam in hisce Literis recitata fuerunt; quæsitum est ab aliquibus, an liceat Monialibus hac occasione in Confessarium eligere ejusmodi Presbyterum, quem Ordinarius, non quidem peculiariter pro earum Monasterio, sed pro aliquo alio approbaverit. Super quo Nos animadvertentes, quod si Monialibus necesse esset Confessarium pro earum dumtaxat Monasterio approbatum eligere, frustraneum ferè

ANNO JUBILÆI.

remaneret Privilegium hoc tempore eisdem concessum; facile adducti sumus, ut declararemus, licere Monialibus, earumque Novitiis [illegible] hoc præsenti Jubilæo, ad effectum ejusdem Jubilæi consequendi, Confessarium eligere, ab actuali Ordinario Loci, etiam pro alio Monasterio, vel *pro Monialibus in genere* approbatum, nec unquam ob demerita expressè reprobatum; quum Nos non magis ab opinionibus laxis, quam ab iis, quæ nimium et intolerabilem rigorem inducunt, alienos Nos esse profiteamur.

Jubilæi celebratio per Diœceses ita ab Episcopis procuranda, ut in solidum animarum fructum cedat.

§. 12. Et hæc quidem Vobis, Venerabiles Fratres, hac nostra Encyclica Epistola exponere opportunum duximus. Reliqua verò a singulis vestrûm, in propria cujusque Civitate, ac Diœcesi sunt peragenda. Curandum scilicet est ab unoquoque vestrûm, assiduisque precibus, et hortationibus adnitendum, ut Populus regimini vestro commissus, ad peccata sua sincero corde, plenaque voluntate detestanda adducatur, ac per Sacramentalem Confessionem ritè ac piè peractam, ad consequendum Jubilæi fructum sese disponat. Sanè si indictio Jubilæi ita fiet per Diœceses, ut nullis antea publicis precibus divinæ opis auxilium exoretur, ut neque Pastoris voce, neque scripto ad pœnitentiam Populus excitetur, si, præviis opportunis Institutionibus, Christiana plebs non edocebitur, qua ratione fructuosam peccatorum Confessionem peragere debeat, nec de Confessionis generalis utilitate, atque etiam certis in casibus de illius necessitate, admonebitur; si denique Sacerdotes Confessarii competentem animarum vulneribus medicinam afferre non satagent; valde veremur, quod sine lacrymis scribere aut cogitare non possumus, ne Jubilæi celebratio inani specie animos detineat, at nihil solidi fructus reipsa in Populis operetur. Nos equidem, dum pro certo confidimus, complures peccatores in iniquitatibus antea demersos, elapsi [illegible]ni Sancti decursu, per infinitam Dei nostri misericordiam, e cœno emersisse, plurimosque Fideles Sacri

Jubilæi fructum percepisse, hoc simul persuasum habemus, id maximè referendum esse Cœlesti illi divinæ lucis radio, quo permoti fuimus, tum ad excitandum singulorum Episcoporum zelum, ut in suis quique Diœcesibus eos, qui Romanum iter aggressuri erant, prædictis mediis ad Jubilæi perceptionem præpararent; tum etiam ad agendum in Urbe ea omnia, quæ et anno præcedenti, et ipso Anno Sancto Jubilæi egimus, et per alios fieri curavimus, ut opportunis instructionibus, et admonitionibus ad veram pœnitentiam disponerentur omnes, et ad eam peragendam excitarentur.

ANNO JUBILÆI.

§. 13. Neque verò alicui vestrûm, Venerabiles Fratres, in mentem veniat, satis jam muneri suo se fecisse, dum superiore anno publicas preces fieri curavit, atque institutiones, catecheses, et conciones habuit, seu haberi jussit, ad instructionem eorum, qui Romam ad Jubilæum consequendum venturi erant; ita ut minimè necesse sit rursùs ea omnia nunc peragere, quum ad ipsam Civitatem suam, atque Diœcesim, ejusdem Jubilæi beneficium extenditur. Non ita se gessit S. Carolus Borromæus, Episcoporum exemplar, et splendidissimum lumen, qui quum antea Populum suum ad sacram peregrinationem ad Urbem suscipiendam sermonibus, instructionibus, et concionibus præparasset, ac vehementer hortatus esset; cum etiam Romam ipse venisset, atque hìc præclara illa pietatis, et religionis exempla edidisset, quibus dumtaxat inspectis, multi peccatores ad pœnitentiam statim conversi sunt; ad suam postmodum Ecclesiam reversus, obtentaque, ut supra diximus, a Gregorio Papa XIII. post Annum Sanctum, extensione Jubilæi pro sua Mediolanensi Diœcesi, minimè contentus fuit his, quæ pro disponendis subditis suis ad Romanum iter suscipiendum, et ad Jubilæi fructum, per implementum operum injunctorum in Urbe, consequendum, præstiterat; sed, quum dictam extensionem publicaturus esset, eodem, quo

Exemplum S. Caroli Borromæi

ANNO JUBILÆI.

antea, religionis zelo incensus, publicas denuò preces indixit, conciones ad Populum habuit, evulgavitque instructiones plenas doctrinæ, ac pietatis, quæ in Actis Ecclesiæ Mediolanensis habentur; denique nihil eorum omisit, quæcumque utilia, aut necessaria putavit, ut Populum suum, ad pœnitentiam adduceret, eumque ad percipiendum Jubilæi fructum disponeret.

Magni æstimanda est Jubilæi consequendi opportunitas.

§. 14. Non levis momenti res nunc agitur, Venerabiles Fratres. Ecclesiæ Thesaurus reseratur, Plenariæ Indulgentiæ assequendæ via cunctis Fidelibus aperitur, simulque amplissimæ remittendorum criminum Facultates Sacramenti Pœnitentiæ Ministris tribuuntur. Et quamvis hæc beneficia, quæ initio nonnisi centesimo quoque anno generaliter concedi solebant, modo post singulos vigintiquinque annos concedantur; longè tamen plures, ut fert humana conditio, erunt, quibus ætas non sufficiet, ut eorum compotes iterùm fieri possint, quam qui post alios vigintiquinque annos adhuc superstites, ad ea consequenda aspirare valeant. Opera injuncta ejusmodi sunt, ut ne laxioribus quidem, et mollioribus, nimis aspera, et gravia videri possint; præsertim si cogitabunt, duobus circiter sæculis ante Pontificatum Bonifacii VIII., a quo Jubilæum Anni Sancti formam accepit, Plenariam hujusmodi Indulgentiam obtinere cupientibus, injungi consuevisse, ut in Palæstinam, pro ea regione ab Infidelium manibus recuperanda pugnaturi sese conferrent: *Quicumque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur.* Verba sunt Prædecessoris Nostri Urbani Papæ II. in Concilio Claromontano anno MXCVI. habito. Super quibus verbis Venerabilis Servus Dei, Joseph Maria Cardinalis Thomasius, quem in hac potissimùm materia libenter citamus, quum olim eidem clarissimo Viro Collegæ fuerimus in Of-

ficio Consultoris Congregationis Cardinalium Indulgentiis præpositæ, ita scriptum reliquit : *Hanc Plenariam Indulgentiam, in qua opus injunctum gravissimum erat sumptibus, incommodis, laboriosissimis itineribus, et imminentibus vitæ periculis; ut potiùs videri possit commutatio pœnitentiæ, quam hujus absoluta relaxatio etc.; hanc, inquam, Plenariam Indulgentiam pro Terra Sancta, alii postea Summi Pontifices semper confirmarunt. Nec alia mihi occurrit Indulgentia Plenaria usque ad exordium decimiquarti Sæculi, in quo Bonifacius VIII. illam elargitus est pro anno Jubilæi MCCC.* : Hæc doctus ille, piusque Cardinalis in quodam Opusculo manuscripto, quod brevì forsan in lucem prodibit, inter alia ejus Opera, quorum accuratissima Editio hoc tempore adornatur. ANNO JUBILÆI.

§. 15. Hæc omnia in mentem vobis revocare opportunum duximus, ut zelum vestrum excitaremus, ne quid intentatum relinquatis, quo adduci valeant Populi vestræ curæ, fideique concrediti ad sinceram pœnitentiam, ad perfectam peccatorum Confessionem, veramque emendationem vitæ, atque ita ad consequendam in Patriis Regionibus Plenariam Jubilæi Indulgentiam, licet elapso Anno ad Urbem quacumque de causa non accesserint, sese disponant. Huic denique Epistolæ nimis jam in longum productæ finem imponimus, rogantes vos et obsecrantes in Domino JESU, ut sæpe cogitetis, quem locum vobis dederit Cœlestis Militiæ Imperator in magna illa Legione, quam ipse ad extirpandos de Mundo errores, universosque gloriæ suæ hostes debellandos, ad stabiliendum justitiæ, et veritatis Regnum, et ad salvandas Animas, comparavit atque instruxit. Mementote, præclaras semper ab hac Legione victorias, Dei Omnipotentis auxilio, reportatas fuisse quoties illius Duces, ac Milites constanti animo, ac strenua Ecclesiastici pectoris virtute dimicarunt. Galliarum quondam Regiones per unum Hilarium ab Arianorum contagione liberatæ fue- Quanta Deus in Ecclesia per Episcopos præcipuè præstari concesserit.

ANNO JUBILÆI.

runt. Eorumdem erroribus Hispaniæ per annos prope trecentos miserandum in modum involutæ, per Leandrum et Isidorum ex iis tandem emerserunt. Augustinus in Africa Manichæorum, Donatistarum, Pelagianorum conatus repressit, ac fregit. Ambrosius Italiam pestifera Hæresum labe afflatam præservavit. Athanasius, Basilius, Gregorius Catholicam Religionem in Ægypto, et in Oriente, unde Hæretici magno numero exorti universum Orbem corrumpere moliebantur, suis laboribus, periculis, scriptis conservarunt. Chrysostomus Græciam, et Asiam a perfidiæ sordibus repurgavit. Utque ad recentiora descendamus exempla, videte quanta præstiterit in Indiis Turribius, quanta in Regionibus Nostris Carolus Borromæus, et Franciscus Salesius, quantum per eos, aliosque Sacerdotali virtute præditos Viros, Catholicæ Fidei puritas, Ecclesiasticæ Disciplinæ nitor, Christianæque pietatis studia, incrementum acceperint. Horum intuentes exempla, sectamini virtutes, et Pastoralis sollicitudinis zelum in vobis exprimite, oblatamque vobis occasionem, ad salvandas a perditione Animas, ad reformandos Populi mores, ad piorum operum consuetudines inducendas aptissimam, libenter arripite.

Pontifex Catholicorum Regum pia studia commendat et coadjuvari optat.

§. 16. Hoc credite, Venerabiles Fratres, magnam esse apud Christianos Populos vim Religionis Divinæ, ardoremque pietatis in cordibus Fidelium Spiritus Sancti virtute diffusum, si Sacerdotum opera congruis foveatur alimentis, et opportunis temporibus excitetur in magnas charitatis flammas erumpere. Id probè intellexerunt, Deo inspirante, plerique Catholici Reges, ac Principes, qui pia Subditorum suorum desideria animo complectentes, demissas Nobis preces pro hujus Jubilæi extensione ad Ditionum suarum Provincias exhiberi mandarunt. Quorum voluntati quum Nos, collaudata eorum eximia pietate, plenissimo affectu obsecundare non distulerimus, vestrum est, Vene-

rabiles Fratres, eorum studiis simul, ac Nostris, Ecclesiæque votis, operam vestram adjungere : et hoc potissimùm tempore, dum pro eorumdem Christianorum Principum prosperitate et salute unusquisque vestrûm publicas Ecclesiæ vestræ preces Omnipotenti Deo offeretes, Gregis vestri sanctificationem, semper quidem curæ vestræ concreditam, nunc autem peculiaribus quoque eorum sollicitudinibus vobis commendatam, vestris prædicationibus, exemplis, laboribus promovere. Nos autem, in præclari operis adjumentum, vobis, Venerabiles Fratres, Cœlestis auxilii gratiam, Christianisque plebibus regimini vestro subjectis pacem Dei precamur; vobisque, et illis Apostolicam Benedictionem ex animo impertimur.

Anno Jubilæi.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, die prima Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

Dat. 1. Jan. 1751. Pontif. Anno XI.



PONT. A. X.

XXIX. CIRCA IMMUNITATEM

Localem nonnulla dubia declarantur post Constitutiones Benedicti XIII. et Clementis XII. excitata, aliaque opportunè statuuntur, et præcipiuntur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

OFFICII Nostri ratio non eam modo sollicitudinem Nobis imponit, ut Sacrorum Canonum Leges, et Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, in quarum interpretatione nihil dubium, aut perplexum occurrit, exactissimè servari, et impleri curemus; sed id etiam a Nobis exposcit, ut exorientem circa aliquas ex illis dubiorum segetem, quæ earum debitæ executioni multis modis officere dignoscitur, opportunis editis declarationibus, aut definitionibus amputare ac removere studeamus.

Roman. Pont. reos homicidii proditorii, præmeditati, atque etiam in rixa voluntariè commissi ab Immunitatis beneficio excluserunt

§. 1. Sanè fel. rec. Prædecessor Noster Gregorius Papa XIV. providam Juris Canonici sanctionem præ oculis habens, qua scilicet, sub *Tit. De homicidio voluntario, vel casuali cap.* 1. innovatum fuit vetus præceptum Legis a Deo in Exodo latæ: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab Altari meo evelles eum, ut moriatur;* per suam Anno Incarnationis Dominicæ MDXCI. nono Kalendas Junii editam Constitutionem, quæ incipit: *Cum aliàs*, iis, qui proditoriè proximum suum occidissent, ad Ecclesias, locaque

Sacra, et Religiosa confugientibus, Ecclesiasticam Immunitatem minimè suffragari decrevit. Tum verò piæ memoriæ Prædecessor quoque Noster, ac Dignitatis Nostræ amplificator Benedictus Papa XIII. Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto Idus Junii, edita Constitutione, quæ incipit : *Ex quo divina*, non eos tantum, qui proditoriè, ut præfertur, homicidium patrassent, verùm etiam interficientes proximum suum animo præmeditato ac deliberato, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusit et repulit. Demùm san. mem. proximus Decessor Noster Clemens Papa XII. in sua Constitutione, quæ incipit : *In supremo Justitiæ solio*, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXIV. Kalendis Januarii edita, eos etiam, qui homicidium in rixa commisissent, dummodo homicidium non fuisset casuale, vel ad propriam defensionem, Immunitatis prædictæ beneficio minimè gaudere voluit atque decrevit.

Anno 1750.

§. 2. Insuper iidem proximè memorati Prædecessores Benedictus, et Clemens, ad ea, quæ in jure Canonico, et in Gregoriana Constitutione recensebantur, nonnulla alia delicta addiderunt, quæ, si qui commisissent, eos a prædicto beneficio asyli, et confugii apud Ecclesias, ac Loca Sacra, et Religiosa, exclusos fore statuerunt, variasque a Doctoribus, ac dicti Juris, et Constitutionum Apostolicarum Interpretibus, de Immunitate locali agentibus, excitatas quæstiones et controversias, declarando ac definiendo sustulerunt; ut ex eorundem Constitutionum tenore colligere licet, atque etiam ex una e Nostris Institutionibus, quam olim dum Archiepiscopalem Bononiensem Ecclesiam præsentes moderabamur, pro illius Populi curæ Nostræ concrediti instructione, edidimus, quæque impressa extat *Tomo II.* Editionis Italicæ *n.* XXI., in Latina verò Editione *n.* LXI.

Alia quoque delicta eodem beneficio non gaudere decreverunt et plures declarationes ediderunt.

Reos a loco immuni extrahi permiserunt ex indiciis *ad capturam*, et Curiæ sæcularis Officialibus tradi ex indiciis *ad torturam* sufficientibus.

§. 3. Ad hoc autem, ut Curia aliqua Ecclesiastica, in casu alicujus ex delictis exceptis hujusmodi, ad extractionem Delinquentis e loco immuni procedere, eumque ad suos Carceres transferre posset, quum præfatus Benedictus Prædecessor satis esse voluisset, ut super delicti excepti qualitate, ac personæ reitate ea suppeterent indicia, quæ ad capturam decernendam sufficientia reputari solent; ut verò extractum hujusmodi Ministris, et Officialibus Curiæ sæcularis tradere et consignare valeret, ea decrevisset indicia ex processu informativo adversus extractum ipsum confecto resultare debere, quæ, juxta regulas Juris, vocantur *ultra torturam;* alter deinde Prædecessor Clem. XII. ampliando declaravit, ut quoties Ecclesiastico Judici, ex indiciis, non quidem ultra torturam, sed ad torturam tantùm sufficientibus, de delicto excepto per extractum commisso constaret, posset idem extractum hujusmodi Curiæ sæculari tradere et consignare. Cæterùm iidem Prædecessores nec auctoritatem Ecclesiasticam ullo pacto per præmissa imminui, nec inde ullam Justitiæ lædendæ occasionem captari posse voluerunt. Siquidem extractiones Delinquentium hujusmodi e loco immuni nunquam sine auctoritate Episcopi, et interventu Personæ Ecclesiasticæ ab ipso Episcopo deputandæ, fieri posse statuerunt; nec unquam extractos ipsos, prædictis etiam concurrentibus indiciis, Curiæ sæcularis Officialibus tradi et consignari, nisi ea lege, sub gravissimarum censurarum pœnis servanda, ut Ecclesiæ, seu Loco immuni restituerentur, quatenùs in progressu Causæ iidem extracti indicia hujusmodi purgarent atque diluerent.

Extractionem tamen auctoritate Ecclesiastica semper fieri voluerunt; traditionem verò sub conditionibus Justitiæ conservandæ idoneis.

Leges, pro S. R. E. Dominiis hac de re editæ, ad nonnullo-

§. 4. Dum autem ea, quæ per Clementem Prædecessorem prædictum, Juris communis, et Gregorianæ, ac Benedictinæ Constitutionum sanctionibus addita fuerunt ultra fines temporalis Dominii Apostolicæ Sedis minimè extenderentur, visum est Nobis, eadem ad aliàs quoque

Regiones, quarum Supremi Principes id postulassent, opportunè ampliari posse. Itaque in Concordatis, tum, quæ Anno MDCCXLI, cum Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo utriusque Siciliæ Rege illustri, tum quæ Anno sequenti MDCCXLII. cum alio pariter Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Emanuele Illustri quoque Sardiniæ Rege sancita fuerunt, præmissas, aliasque in Clementis Literis præfatis contentas dispositiones, in eorundem Regum Dominiis locum habere concessimus; mox etiam ad alia Principum id expetentium dominia, peculiaribus respectivè editis Literis, quarum exemplum videre est in *Tomo primo Bullarii Nostri Constitut. LXXXVIII.*, quæ incipit: *Aliàs felicis* (*Huj. Edit. v.* 2. *p.* 162), extendimus et ampliavimus.

Anno 1750.

rum Principum Dictiones extensæ fuerunt.

§ 5. Verùm, quum tot ista per Prædecessores Nostros prædictos, ac per Nos ipsos adhibita studia, non omnes quæstiones, quæ in Tribunalibus excitari solent, tam super qualitatibus homicidiorum, quæ pro exceptis haberi debeant, quàm super modo exequendi præfatas Constitutiones in variis homicidiorum hujusmodi, aliorumque exceptorum delictorum casibus, de medio tollere, seu penitùs antevertere valuerint; id adhuc oneris Nobis relictum esse judicavimus, ut constitutas in hoc rerum genere agendi regulas, ad quas sæpissimè tam Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium Judicum acta expendere et exigere necesse est, nequaquam ultra difficultatibus et dubiis involutas remanere pateremur. Itaque, omnibus maturè pensatis, auditisque nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque gravium Virorum, Jurisque Canonici peritorum, et in criminalibus judiciis versatorum consiliis, motu proprio, ac de Apostolicæ, qua fungimur, auctoritatis plenitudine, Nostram et Prædecessorum Nostrorum mentem in hunc, qui sequitur, modum declarare, et

Plura tamen dubia adhuc declaranda supersunt.

PONT. A. X.

quædam etiam ex integro, ut infra, statuere decrevimus.

I. Circa personas in dictis Constitutionibus comprehensas.

§. 6. Ac primùm quidem, cum in memorata Gregorii Prædecessoris Constitutione, quæ incipit : *Cum aliàs*, dum ea delicta enumerantur, quæ ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusa censeri debent, de Laicis delinquentibus dumtaxat mentio habeatur, deque his etiam tantummodo loquutus fuerit alter Prædecessor Benedictus in supracitata Constitutione, quæ incipit : *Ex quo Divina;* placuit laudato Prædecessori Clementi XII. hujusmodi Constitutiones per suam, quæ incipit : *In supremo Justitiæ solio*, ad Ecclesiasticos etiam cujuscumque gradus, et ordinis, homicidium animo præmeditato ac deliberato patrantes, extendere et ampliare, ita ut nec ipsi, in hujusmodi casu, Ecclesiastica Immunitate juvari possint; dummodo tamen commissi per eos homicidii Causa ab eorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, ipsique ab eo, si rei reperti fuerint, circa pœnam sanguinis, ad præscriptum Sacrorum Canonum condigna puniantur animadversione.

Comprehensi declarantur Regulares.

§. 7. Cùm autem dubitatum fuerit, an sub hac Clementis Prædecessoris ampliatione et extensione Regularium quoque Ordinum Professores, et Alumni comprehendantur; Nos, ad omnem super hoc dubitationem tollendam, decernimus et declaramus, omnes et singulos cujuscumque Ordinis, Congregationis, Militiæ, et Instituti Regulares, tam in ipsis expressè Professos, quàm illis quomodolibet adscriptos, cujuscumque gradus et conditionis extiterint, etiamsi ex ipsorum Ordinum Privilegio, seu aliàs, quælibet expressa et individua mentio de ipsis, eorumque Ordinibus, ad hoc ut sub præsentis, aut præmissarum Constitutionum censura comprehendantur, habenda foret, si qui unquam, quod Deus avertat, homicidium animo præmeditato ac deliberato, patraverint, a beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ, juxta

formam earundem Constitutionum Benedicti, et Clementis, exclusos fore, et censeri. ANNO 1750.

§. 8. Et quoniam prædictus Clemens Prædecessor speciali Decreto edito die 5. Octobris anni MDCCXXXVI. expressè declaravit, Mulieres etiam, quæ aliquod delictum ejusmodi commisissent, quod inter excepta, et ab Immunitatis localis beneficio exclusa, juxta præmissa, haberi debeat, pari jure hac in re cum Viris censeri, et sub dispositione ipsius Literarum incipien : *In supremo Justitiæ solio*, æquè in omnibus comprehendi debere; Nos hujus nostræ Constitutionis tenore declarationem prædictam approbamus et confirmamus, eique inviolabilis legis, juxta quam in occurrentibus casibus judicari omnino debeat, plenarium robur adjicimus : Decernentes similiter ac declarantes, sub ejusdem Clementis, nostræque hujus Constitutionis dispositione, etiam Milites in omnibus et per omnia comprehensos esse, nec ullum militare privilegium, hac in parte, ipsis suffragari posse, aut debere.

Item Mulieres.

Et milites

§. 9. Præterea quum in præfata Clementis Decessoris Constitutione ab Immunitatis prædictæ beneficio excludantur omnes et singuli tam Laici, quàm Ecclesiastici inquisiti, et processati, vel in contumaciam banniti, et condemnati; *ex causa et occasione homicidii, etiam in rixà commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem;* sæpe disputari contigit, àn is, qui non casu, vel ex propriæ defensionis necessitate, homicidium in rixa commiserit baculo, aut saxo; quæ scilicet vel arma non sunt, vel si ita appellari possent, non tamen arma suapte natura ad occidendum apta reputari solent; ab Immunitatis localis beneficio exclusus haberi debeat. Nos igitur super hujusmodi dubio definiendo decernimus, quemcumque Homicidam sive Virum, sive Mulierem, sive Laicum, sive Ecclesiasticum Sæcularem, aut cujusvis Ordinis

II. Circa homicidium baculo aut saxo commissum.

Quod decernitur a beneficio Immuni-

PONT. A. X.

tatis exceptam, dummodo voluntarie, etiam in rixa commissum fuerit.

Regularem, qui etiam baculo, aut saxo proximum suum occiderit, Ecclesiastici confugii beneficio minimè gaudere, ubi ex delicti circumstantiis dignoscatur, illius actum, quamvis in rixa commissum, non casu, aut ex necessaria defensione, sed ex odio, et nocendi animo ac voluntate prodiisse. Quæ quidem definitio nostra conformis est Divinæ Legi, quæ habetur in Libro Numerorum *cap.* 35, ubi designatis Civitatibus refugii pro iis, qui sanguinem proximi nolentes effudissent, ita subjungitur: *Si quis ferro percusserit, et mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, et ipse morietur. Si lapidem jecerit, et ictus occubuerit, similiter punietur. Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet, statim ut apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias, aut, cùm esset inimicus, manu percusserit, et ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit; cognatus occisi, statim ut invenerit eum, jugulabit: quod si fortuitò, et absque odio et inimicitiis, quidquam horum fecerit, et hoc, audiente populo, fuerit comprobatum, atque inter percussorem, et propinquum sanguinis quæstio ventilata, liberabitur innocens de ultoris manu, et reducetur per sententiam in Urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos Magnus, qui Oleo Sancto unctus est, moriatur.*

III. Circa eos, qui proximum vulnerarunt ad mortem.

§. 10. Accidit autem in homicidiis, id quod in aliis delictis exceptis locum non habet, ut qui percussus, aut ictus fuerit, non statim moriatur, sed plerumque per aliquot horas, aut dies spiritum trahat. Interim percussor ad Ecclesiam, aliumve locum immunem confugiens, asyli jure gaudet, quo privari non potest, ut homicida, quamdiu percussus ab eo in vivis agit; dumque ex ipso loco immuni de saucii vita sollicitè explorare non desinit, si eum diutius victurum intelligit, a capto asylo nequaquam discedit; ubi verò illum ex accepto vul-

nere vitam amittere agnoscit, arrepta fuga, Magistratuum diligentiam prævertens, tempestivè sibi consulit, meritasque pœnas evadit. Quod quum ab iis, qui justitiæ administrandæ præpositi sunt, Nobis expositum fuerit persæpe evenire, et quidem non sine magna publicæ tranquillitatis pernicie, ob impunitatis spem, quam facinorosi homines ex hujusmodi evasionis fiducia concipiunt; iidemque postularint, hujusmodi malum opportunis providentiæ nostræ remediis submoveri. Anno 1750.

§. 11. Ideo Nos, de prædictorum Fratrum nostrorum, aliorumque prudentium consilio, per præsentes decernimus, ac mandamus, ut percussore ad Ecclesiam, aliumve Sacrum aut Religiosum locum confugiente, si Chirurgi ad inspiciendum vulnus acciti, *grave vitæ periculum* adesse retulerint, percussor ipse e loco immuni, servatis servandis, extractus, carceribus mancipetur; hac tamen lege, ut Ecclesiæ omnino restituatur, ubi is, qui vulneratus fuerit, ultra tempus a legibus constitutum superstes vivat, et quidem sub iisdem pœnis, quibus in memoratis Benedicti, et Clementis Litteris ii subjiciuntur, qui delinquentem ex indiciis ad torturam sufficientibus sibi traditum restituere recusent, postquam in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit. Hi etiam e loco immuni extrahi jubentur, restituendi tamen si mors non sequatur intra tempus a Lege præfinitum.

§. 12. Quod verò in citata Gregorii Prædecessoris Constitutione circa facultatem demandandi extractionem delinquentium e loco immuni in casibus exceptis statutum fuit; ut scilicet ea ad solos Episcopos, aliosque Episcopis superiores Prælatos pertineat, non vero ad alios Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut Nullius Diœcesis; ita ut, occurrente casu in loco exempto, et Nullius Diœcesis, tunc negotium hujusmodi ad viciniorem Episcopum devolvatur, id quod ab alio quoque Prædecessore Benedicto in superius allegata ipsius Constitutione confirmatum fuit; id ipsum Nos quidem præsentium Literarum tenore approbamus, Episcoporum privativum jus in præmissis asseritur.

PONT. A. X.

et confirmamus. Sed quoniam nonnullæ ad Nos querelæ super hoc delatæ fuerunt, quod quædam Curiæ Ecclesiasticæ pro parte Officialium Curiæ Sæcularis requisitæ, extractionem delinquentium in casibus exceptis hujusmodi diutiùs quàm par est, protrahere consueverunt; Nos ipsis Venerabilibus Fratribus Episcopis, aliisque Superioribus Ecclesiarum Præsulibus, enixè studiosèque suademus, et respectivè mandamus, ut omnem querelarum occasionem in hoc rerum genere studeant amovere, et quoties de delinquentibus in casibus exceptis hujusmodi agatur, ad opportuna indicia adversus eos colligenda animum intendere non recusent; sique ea, quæ juxta præmissa requiruntur, re vera suppetere agnoscant, eorumdem delinquentium extractionem e loco immuni quamprimum decernant, ut vel in Episcopalibus Carceribus nomine Ecclesiæ detineantur, vel etiam ad Curiæ Laicalis Carceres ejusdem Ecclesiæ nomine retinendi, cum debitis cautelis transferantur. Nec enim Ecclesiastici zeli officium in eo statuendum est, ut justitiæ cursus per Apostolicas Constitutiones præscriptus adversus facinorosos homines impediatur; verùm in Ecclesiæ immunitate, aliisque omnibus Ecclesiasticorum locorum, et personarum juribus asserendis, et sustinendis, quum ea, contra sacrarum legum præscriptum infringi, ac violari contingat.

*Eorundem diligentia excitatur ad promptam Constitutionum Apostolicarum executionem.*

Quum tamen hujusmodi moras tunc maximè intervenire putemus, quum præfata delicta excepta, non in Civitatibus, sed per Diœceses, in locis a Curiæ Ecclesiasticæ residentia remotis, perpetrantur; idcirco Nos per easdem præsentes prædictis Episcopis, aliisque superioribus Prælatis facultatem concedimus et impertimur, ut quoties in hujusmodi casibus pro parte Curiæ Laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis Foraneis, sive etiam aliis personis Ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessaria juridicè colligant; ut, his ni-

*Eisdem permittitur, ut indiciorum compilationem per Diœceses aliis Ecclesiasticis personis committere valeant.*

mirum inspectis iidem Antistites, prout juris erit, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantocius decernendam procedere valeant.

ANNO 1750.

Hactenus decreta serventur in omnibus locis, ad quæ Clementis XII. Constitutio extensa fuit.

§. 13. Et quidem hæc omnia, quæ per præsentes hucusque declaravimus, definivimus, atque statuimus, tam in hac Urbe nostra, et in Bononien., Ferrarien., Beneventana, aliisque omnibus Civitatibus, Terris, et Locis, Nobis, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis, etiam specialem, et individuam mentionem requirentibus, eorumque Curiis Ecclesiasticis, et Sæcularibus, etiam Baronalibus, quam etiam in aliis Regnis, Provinciis, atque Ditionibus, ad quas dictæ Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, sive peculiaribus concessionibus, ut supra, sive per viam *concordati* extensæ, et ampliatæ fuerunt (quatenus nimirum congruere dignoscantur cum eisdem Concordatis, quibus nulla in re derogare intendimus,) locum perpetuò habere, suosque debitos effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis Ditionum, Regnorum, Locorumque hujusmodi tam Ecclesiasticarum, quàm Sæcularium Curiarum Judicibus, Magistratibus, Officialibus, et Ministris; aliisque omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, per omnia observari volumus, atque decernimus.

Confirmantur pœnæ statutæ adversus violatores Immunitatis, et Jurisdictionis Ecclesiasticæ.

§. 14. Illud etiam, quod in præallegatis Nostrorum Prædecessorum Constitutionibus, sub gravissimarum pœnarum interminatione, districtè vetitum fuit, ne scilicet Curiæ Sæculares, eorumque Magistratus, Judices, et Officiales quicumque, ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris, aliquem delinquentem, etiam in casibus exceptis, sine Ecclesiasticæ auctoritatis interventu, capere, extrahere, aut incarcerare; neve ad declarandum, crimina a prædictis admissa esse de exceptis in eorundem Prædecessorum Constitutionibus (quum id ad solos, ut præfertur, Episcopos pertinere dignoscatur) quoquo modo procedere audeant seu præsumant;

PONT. A. X.

Nos quoque iisdem motu, auctoritate ac tenore confirmamus, et innovamus; atque ab omnibus, ad quos pertinet, seu pertinebit in posterum, inviolabiliter etiam perpetuò observari præcipimus; contrafacientes quoque, et transgressores, easdem omnes pœnas, quæ in præallegatis Constitutionibus indictæ sunt, omnino incurrere statuimus, atque sancimus: Decernentes, in numero transgressorum hujusmodi eos etiam esse et censeri, qui, in spretum Ecclesiasticæ auctoritatis, et Canonicarum Sanctionum, præscripto ad Superiores Ecclesiasticos recursu posthabito, Ecclesias, et Loca immunia obsidere præsumunt, ac impediendo, ne ad illos, qui Sacro confugio se tuentur, alimenta deferantur, sive aliter, eosdem in Curiæ Sæcularis potestatem se dedere cogunt; Nos enim eos, qui talia ausi fuerint, sive confugientes hujusmodi de exceptis delictis, sive de aliis non exceptis inquisiti sint, omnes et singulas pœnas atque censuras adversus Ecclesiasticæ immunitatis violatores, in jure, ac in prædictis Constitutionibus Apostolicis latas atque statutas, incurrere decernimus ac declaramus.

*Eorum numero habendos esse decernitur eos etiam, qui loca immunia obsidendo aliisque artibus, confugientes in suam potestatem venire compellunt.*

Sanè hujusmodi artes atque violentias aliis etiam retrò temporibus intentari consuevisse non ignoramus; sed simul etiam ab Ecclesia damnatas semper atque proscriptas fuisse comperimus; idque satis demonstrant ea, quæ in pluribus Provincialibus Conciliis, labentibus decimotertio, ac decimoquarto Ecclesiæ sæculis, statuta leguntur; (*) ibi

*Hujusmodi artes pluries Canonicis censuris damnatæ.*

(*) Concilium Provinciale Lambethense hab. Anno 1261. tom. 11. part. 1. Labbeanæ Collectionis Conciliorum col. 810. Concil. Exoniense Anni 1287. tom. 11. part. 2. dictæ Collectionis col. 1281. tit. 15. Concil. Provinciale Nugaroliense Anni 1303. dicto tom. 11. part. 2. ejusdem Collectionis col. 1479. can. 6. Concil. Palentinum Anni 1322. dicto tom. 11. par. 2. præfatæ Collectionis col. 1697. cap. 7. Concil. Vallisoletanum Anni 1322. tom. 3. Collectionis Conciliorum Hispaniarum Cardinalis de Aguirre pag. 564. tit. 18. num. 51. Concilia Marcianense, et Sylvanectense.

enim, expositis Ecclesiarum circumsessionibus, interceptione alimentorum, aliisque artibus, quibus ii, qui ad Ecclesiam confugerant, ad deditionem adigebantur, quicumque similia attentare præsumpserint, anathematis mucrone feriuntur. Et Nos igitur, qui Ecclesiæ spiritum circa præmissa toties apertè declaratum, atque a Prædecessoribus Nostris constanter servatum, exuere neque possumus, neque volumus, eidem per omnia inhærentes, decernimus, et declaramus, omnes, et singulos, qui sub Ecclesiasticæ Immunitatis tutela degentibus, hujusmodi ratione vim inferre ausi fuerint, præter alias pœnas atque censuras adversus ejusdem Immunitatis violatores, ut præfertur, latas atque sancitas, sine alia declaratione incurrendas, omni beneficio ac privilegio Ecclesiastici confugii et asyli tam apud Ecclesias, et loca immunia ab ipsis sic violata, quam apud alias quascumque Ecclesias, et Loca Sacra, et Religiosa, indignos, atque privatos fore, et habendos esse, non secus ac alii omnes, *qui confugientibus vim inferunt, aut ipsos ab Ecclesiâ, aliove loco immuni violenter extrahunt, et abducunt;* quos scilicet laudatus Prædecessor Benedictus XIII. in sua allegata Constitutione, *non illius tantùm Ecclesiæ, quam violarint, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiæ immunitate gaudere nequaquam posse aut debere* declaravit; et quorum Nos numero supradictos etiam jure et merito accensendos esse decernimus.

De his, qui delictum exceptum in una ditione patrarunt, et ad locum immunem confugiunt in

§. 15. Denique quum, sicut accepimus, inter temporalis Dominii Nostri, ac nonnullarum finitimarum Ditionum Curias, reciproca quædam consuetudo inoleverit, ut qui certi generis delicta in alterutra ex Ditionibus hujusmodi commiserint, et intra fines alterius se receperint,

Anni 1326. supracitato tom. 11. part. 2. d. Collectionis Labbeanæ col. 1751. tit. 11. et col. 1770. cap. 5. Concilium Vaurense Anni 1368. eodem tom. 11. part. 2. dictæ Collect. col. 2012. tit. 93.

PONT. A. X.

altera, ex qua, vigore mutuæ consuetudinis, tradentur Curiæ in loco delicti jurisdictionem habenti.

Indicia contra hos cumulentur ab Episcopo, ad quem spectat, ratione loci delicti, et transmittantur alteri, ad quem pertinet extractionem decernere.

instante Curia illius Ditionis, in qua delictum commissum fuit, capiantur, eidemque Curiæ tradantur; cumque, sicut etiam Nobis expositum fuit, hujusmodi traditionibus aliquando moram afferri contingat, propterea quod delinquentes hujusmodi, in Terris, ad quas confugerunt, sub Ecclesiæ alicujus, vel alterius loci immunis tutela se receperint: Idcirco Nos, Ecclesiasticæ Immunitatis rationes cum recta Justitiæ administratione, et Reipublicæ tranquillitate opportunè copulare volentes, decernimus, et mandamus, ut, si hujusmodi confugientes delictum aliquod ex iis, quæ in Apostolicis Constitutionibus præfatis excepta sunt, in temporali Romanæ Ecclesiæ dominio, patraverint, indicia ad capturam requisita, ab Episcopo Diœcesano, seu respectivè viciniori illius loci, in quo delictum commissum fuit, excipiantur, seu cumulentur; eaque ad Episcopum alterius loci, in quo delinquens asylum cepit, sine mora transmittantur; ut hìc nimirùm, quatenus traditioni præfatæ locus esse debeat, extractionem delinquentis e loco immuni, auctoritate sua, et cum interventu personæ Ecclesiasticæ, fieri mandet. Eademque ratione, si in præfatis aliorum Principum Ditionibus, in quibus traditionis prædictæ consuetudo viget, ejusmodi delictum commissum fuerit, quod, sive in vim Gregorianæ, aut Benedictinæ Constitutionis, sive ratione *Concordati* cum Apostolica Sede initi, sive extensionis alterius Constitutionis Clementis XII. ab eadem Apostolica Sede specialiter impetratæ, pro excepto haberi debeat; volumus, et statuimus, ut Episcopus ille, ad quem, ratione loci delicti commissi, id pertinere dignoscitur, memorata indicia ad capturam requisita cumulari faciat, eaque transmittat ad Episcopum Ditionis Ecclesiasticæ, intra cujus jurisdictionis fines illius delicti reus asylum delegit; ut hujus scilicet Antistitis auctoritate, aliisque servatis servandis, a confugii loco extrahi, ac, si ita res feret, externæ po-

stulanti Curiæ valeat consignari. Volumus támen, in quolibet ex præmissis casibus, in quibus de delictis, ut supra, exceptis tantummodo agitur, prædictarum Benedicti, et Clementis Constitutionum, seu Concordatorum respectivè leges, atque tenores, inviolabiliter observari; tum scilicet in eo, ut delinquens Ecclesiæ nomine in carceribus retineatur; tum etiam in eo, ut per Episcopos dumtaxat, privativè quoad omnes alios etiam Ecclesiasticos Judices, ex indiciis, ut præfertur, ad torturam sufficientibus, declaretur, an delictum, de quo est quæstio, inter excepta connumerari debeat, nec ne; tum denique in eo, quod pertinet ad obligationem restituendi reum ad formam dictarum Constitutionum, quatenus is in progressu causæ, indicia hujusmodi sibi adversantia purgaverit, atque diluerit.

ANNO 1750.

In extractione et in reliquis omnibus serventur Constitutiones, et concordata.

§. 16. Ipsas demùm præsentes Litteras, et in eis contenta quæcumque perpetuæ firmitatis vim, et robur habere, suosque integros atque plenarios effectus, in locis atque Ditionibus prædictis, ac respective ubilibet locorum, et gentium, sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quoquomodo pro tempore spectabit in futurum, etiam sub statutis pœnis atque censuris per contravenientes ipso facto incurrendis, omnino servari; sicque, et non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Cardinalium hujusmodi Congregationes, et Apostolicæ Sedis Nuncios, nec non Sæculares Curias, et Magistratus, etiam supremos, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, etiam speciali nota, et mentione dignos, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere decernimus, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam

Præsentes Litteræ omnimodam firmitatem, debitamque executionem sortiantur.

PONT. A. X.

quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

§. 17. Non obstantibus præmissis, aliisque quibuslibet Apostolicis Constitutionibus, Regulis, et Ordinationibus, nec non quarumcumque Ecclesiasticarum, aut Sæcularium Curiarum legibus, edictis, stilis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et facultatibus, quibusvis personis, etiam speciali mentione dignis, et quavis quantumcumque sublimi dignitate, et auctoritate fulgentibus, et ex quibusvis etiam gravibus, et urgentissimis causis, seu quibuscumque Regularium Ordinibus, etiam Mendicantium, et Militaribus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, seu Monachorum, aut Clericorum Regularium Congregationibus, Societatibus, et Institutis, etiam Societatis Jesu, aliisque quibusvis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, et cum quibuscumque clausulis, et decretis, etiam motu, et potestatis plenitudine similibus, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores, formas, et causas præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, atque etiam insertis, ac respectivè servatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, prædictis motu, scientia, et potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque: seu si aliquibus communiter, aut divisim ab hac eadem sit Sede indultum, quod nullo in casu, seu extra certos casus, certisque de causis, excommunicari, suspendi, aut interdici non possint, nisi per Litteras ejusdem Sedis, facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Earum publicatio vim personalis

§. 18. Ut autem præsentes Litteræ, et in eis contenta hujusmodi, ad omnium notitiam perducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætendere valeat, volumus easdem ad valvas Ecclesiæ

clesiæ S. Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis Innocentianæ, aliisque locis solitis, et consuetis ejusdem Urbis, per Cursores nostros, ut moris est, publicari, earumque exempla affigi, sicque publicatas, et affixas, omnes, et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent; earum quoque Transumptis, seu Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem in Judicio, et extra illud ubique haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, et ostenderentur.

Anno 1750. intimationis; Transumpta verò autographi fidem obtineant

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum declarationum, definitionum, ordinationum, confirmationum, prohibitionum, mandatorum, decretorum, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCL. Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno X.

Dat. die 15. Martii 1750.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die* 6. *Aprilis ejusdem Anni.*

PONT. A. X.

XXX.

# PRO COPHTIS CATHOLICIS

Indultum recipiendi Sacramentum Confirmationis a Presbytero Missionis Præfecto.

## DECRETA

*Super dubiis aliàs propositis de cœlibatu eorum, qui in infantili ætate ad Diaconatum promoti fuere, et de Dispensationibus super Matrimoniis initis post Ordines Sacros.* Vide hujus Bullarii Tom. I, num. 129. (Hujus Edit. Vol. 3. pag, 128.)

*Dilectis Filiis Fr. Jacobo a Cremesir Presbytero Ordinis Minorum Sancti Francisci strictioris observantiæ Præfecto Missionis Apostolicæ in Ægypto, cæterisque Missionis Cophtæ Missionariis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Prima Instructio anno 1745. edita memoratur.

ANNO vertente reparatæ salutis millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus autem Nostri quinto, tum ut partes Apostolici Nostri Ministerii impleremus, tum etiam, ut præclaram significationem paterni animi nostri, ac dilectionis, qua semper complexi sumus, complectimur, semperque complectemur inclytam Nationem Cophtam, præberemus, auditis gravium, ac prudentum hominum sententiis, nostris quoque laboribus, ac privato studio adjunctis, Pastoralem Instructionem su-

per quibusdam, de quibus ambigebatur, ad eorum ritus, et mores spectantibus edidimus. ANNO 1750.

§. 1. Ea verò in Instructione, quæ typis impressa fuit, nostroque Bullario inserta, actum est de Ritu Cophtorum, quo Sacramentum Confirmationis a simplici Sacerdote, statim post Baptismum confertur; agitur etiam de more ac consuetudine eorumdem, conferendi Ordinem Diaconatus pueris adhuc in infantili ætate existentibus. Quibus de rebus ea, quæ consentanea erant, et opportuna, constituta sunt; nonnulla autem indefinita remanserunt; quia, priusquam de illis responsum a Nobis daretur, necessarium visum fuit plura, quæ haud satis nota, et perspecta erant, exquirere, ut in eadem Instructione videre licet. Interea verò omnes curas ac diligentias adhibere non prætermisimus, ut eorum, quæ adhuc deerant, cognitionem assequeremur. Collectis deinde omnibus, quoad fieri potuit, quæ necessaria videbantur, *die* 12. *Martii anni currentis* 1750. nonnullos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, alios in Sacræ Theologiæ facultate Magistros, alios autem in jure Canonico peritos, coràm Nobis, rimatis anteà per Nos omnibus et perpensis, congregari jussimus. In hac autem Congregatione, dubia, quæ proponebantur, in duas Classes dispertita fuerunt: una eorum fuit, quibus neque adhuc ullum responsum præberi poterat; altera verò eorum, quibus et tunc responderi poterat, et quæ opportuna videbantur, decerni.

Dubia tunc in suspenso relicta.

§. 2. Inter dubia, quæ indefinita remanserunt in nostra Pastorali Instructione *Anni* 1745. unum illud fuit; *An spes ulla affulgeat proximi reditus alicujus Episcopi ad sinceram cum Catholica Ecclesia unitatem*. Alterum verò: *An et quomodo tolli possit, et radicitus extirpari abusus conferendi Ordines ante legitimum tempus, et induci quoad ætatem Ordinandorum observantia decretorum Conc. Trident. quam in casu simili, ad Catholicæ Fidei præsidium, et*

Ex iis aliqua nequaquam definiri possunt.

PONT. A. X.

*disciplinæ Ecclesiasticæ augmentum, Gregorius XIII. plurimum commendavit Patriarchæ Maronitarum.* Hæc autem duo dubia in prædicta ultima Congregatione reposita fuerunt in eorum Classe, quibus neque adhuc responderi poterat, cum ex iis, quæ novissimè Nobis relata fuerunt, nulla proxima spes affulgeat, ut aliquis ex ejusdem Nationis Episcopis, ejuratis schismatis, ac hæresum erroribus, ad Catholicæ Ecclesiæ sinum revertatur.

I. De Ministro Sacramenti Confirmationis, et quo tempore sit conferendum.

§. 3. Similiter inter dubia, quæ indefinita relicta fuerunt in superiùs laudata Instructione, reperitur illud: *An rebus in eo, in quo hodie sunt, statu manentibus, expediat tribui uni, vel pluribus Presbyteris facultatem extraordinariam administrandi Sacramentum Confirmationis: Cui, vel quibus dicta facultas tutò delegari possit, ut Sacro Chrismate præcipuè liniantur filii orti a Parentibus Catholicis post hæresim ejuratam, et abluti Sacro Baptismate, saltem a Sacerdote Latino.* Et illud quoque: *An in casu concessionis hujusmodi facultatis, expediat monere Sacerdotes, ne ea utantur administrando Confirmationem infantibus immediatè post Baptismum (nisi in casu necessitatis), sed in ea tantùm ætate, qua Confirmandus virtutem Sacramenti valeat mente percipere.* Hæc autem postrema duo dubia in ultima Congregatione posita fuerunt in Classe eorum, quibus responsum præberi nunc potest.

Ejusdem conferendi Facultas conceditur Præfecto Missionis durante necessitate, dummodo Confirmandi septimum ætatis annum attigerint.

§. 4. Itaque eorum examine assumpto, auditisque Congregatorum sententiis, Decretum fieri placuit in hunc modum: *Sanctissimus consentaneum judicavit delegare Præfecto Missionum Ægypti facultatem extraordinariam conferendi, Chrismate tamen ab Episcopo benedicto, Sacramentum Confirmationis illis, qui a Sacerdotibus Latinis Baptismum acceperunt. Caveat autem Præfectus hujusmodi Sacramentum illis conferre, qui septimum ætatis annum nondum attigerint, nisi fortè periculum mortis immineret, ne, ingravescente morbo, sine hoc Sacramento*

*decedant. Denique Sanctitas Sua facultatem elargiri solum intelligit, donec necessitas id postulaverit; videlicet, donec aliquis Catholicus Episcopus in Ægypto habeatur.* ANNO 1750.

§. 5. Hujusmodi Decretum etiam in præsenti a Nobis confirmatur: cum in omnibus, ac per omnia conveniens, ac consentaneum sit tum iis, quæ exposita fuerunt in præcedenti nostra Instructione *Anni* 1745. §. *Quod attinet ad primum;* tum etiam iis, quæ fusè a Nobis tractata sunt in nostro Opere *de Synodo Diœcesana* impresso *Anno* 1748. *l.* 7. ubi *c.* 7. actum est de consuetudine Presbyterorum Græcorum impertiendi Sacramentum Confirmationis statim post Baptismum, et de Episcopo, qui est Minister ordinarius hujus Sacramenti; *et c.* 8. de necessitate, quam habet Sacerdos Latinus, si a Summo Pontifice constituatur Minister extra ordinem Sacramenti Confirmationis, utendi Chrismate ab Episcopo benedicto; *et c.* 9. resumpta integra materia, exponitur, quousque se proferat tolerantia Apostolicæ Sedis, et in quibus Græcorum Regionibus locum habere valeat vetus consuetudo, qua eorum Sacerdotes Fidelibus statim ubi Sacro Lavacro abluti sunt, Sacramentum Confirmationis conferunt; adeo ut non aliud hìc addere opus sit, quam Præfectò Missionum Ægypti eandem a Nobis concedi facultatem, quæ data est Guardiano Sancti Sepulchri qui ex beneficentia, et gratia Sedis Apostolicæ, durante ejus Officio, ubi Episcopi Latini in suis Diœcesibus residentes non adsunt, in Terræ Sanctæ Locis Sacramentum confert Confirmationis; facultatem videlicet conferendi Sacramentum hujusmodi, Oleo, et Chrismate, etiam antiquis, si nova haberi non possint, per Catholicum Antistitem gratiam, et communionem Sedis Appstolicæ habentem benedictis; quemadmodum quisque legere poterit in Nostra Constitutione, quæ decima est in Tomo primo, Nostri Bullarii. Quamvis enim, juxta ea, quæ in Pontificali Romano præscripta sunt, singulis

De hujus Indulti fundamentis, remissivè

Declaratur dictum Præfectum uti posse Chrismate, etiam antiquo, si novum ab Episcopo Cathol. benedictum habere nequeat.

PONT. A. X. Annis Feria quinta in Cœna Domini Sacrum Chrisma renovari debeat, neque liceat uti Chrismate Anno præcedenti consecrato; id tamen locum non habet, si aut Chrisma recipi nequeat, nisi ab Episcopo, qui a Communione Apostolicæ Sedis separatus sit, aut etiam si aliquis Episcopus adsit in Communione Ecclesiæ Catholicæ degens, ea tamen sit locorum distantia, vel aliud intercedat impedimentum, ut ab eo novum Chrisma accipi nequeat; tunc quippe licere censetur uti vetere Chrismate ab Episcopo Catholico annis præcedentibus benedicto, sicut a Nobis latè demonstratum est in Nostra Notificatione 14. *Tom.* 4. *Bonon. edit.* cum in ea Urbe degentes Archiepiscopi munere fungeremur.

De Ætate Confirmandorum, regulæ indicantur.

§. 6. Quod autem pertinet ad ætatem, qua Sacramentum Confirmationis dari debet, aut conferri permittitur etiam iis, qui adhuc per ætatem capaces non sunt probè, ac bene percipiendi vim, ac valorem Sacramenti, id, quod responsum est, apprimè concordat cum iis, quæ a Nobis collecta, et fusè exposita sunt in laudato Nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana l. 7. c.* 10.

II. De cœlibatu eorum, qui ad Diaconatum infantes promoti sunt et in eo adulti et cœlibes ministrarunt.

§. 7. Prosequendo examen dubiorum, quæ in Classe collocata sunt eorum, quibus tunc responderi poterat, illud ordine succedit: *An, si Diaconi ordinati in ætate puerili ministrent adulti in Ordine suscepto, et in statu cœlibi, inferri possit, eos ante nuptias ratam Ordinationem habere; cum compertum sit teste P. Benart, eos a puero functionibus Ecclesiasticis assuescere, et in magno numero ordinari, ne aliquando desint, qui Ecclesiæ ministeriis operam navent*. Cum igitur examen præscripti Dubii aggredi placuerit, post latum a quolibet ex Congregatis suffragium, pronunciatum est a Nobis Decretum in hæc verba: *Diaconi in ætate puerili ordinati, licet ante decimum sextum ætatis annum ministraverint in Ordine suscepto, et in statu cœlibi, tamen non censentur ante Nuptias Ordina-*

Decernitur, per hæc ante an-

*tionem ratam habuisse, eo quod nihili faciendi sint illi actus, quos in ætate puerili, et ante decimum sextum ætatis annum exercuerint.* Quod Decretum nunc pariter a Nobis confirmatur.

ANNO 1750.

Num ætatis XVI. peractæ, neminem censeri Ordinationem ratam habuisse.

§. 8. Ut verò ea, quæ decreta sunt, planiùs intelligantur, opus est aliquantum digredi; hac enim ratione procedendo, via munietur, ut ad propositum finem perveniamus.

§. 9. Nemo est, qui ignoret, duobus modis Religiosam Professionem fieri; vel, ut melius dicamus, duplicem esse Professionem Religiosam, unam expressam, alteram verò tacitam. Expressa fit, quum debitis servatis solemnitatibus, tria vota Castitatis, Paupertatis, et Obedientiæ conceptis verbis emittuntur, quæ in Constitutionibus Ordinis, in quo quis se velle vivere profitetur, præscripta sunt: Tacita autem in eo posita est, cum quis ea exercet, et operatur, ex quibus arguitur, ad vivendum in aliqua Religione se obligare voluisse, etsi solemniter et expressè eam professus non fuerit.

Exemplum a Professione Regulari, quæ vel est expressa, vel tacita.

§. 10. Tacita Professio a sacro Tridentino Concilio juxta communiorem sententiam sublata non est, ut latè testantur Navarrus *Concil.* 35. *de Regul. num.* 5., Azorius *Instit. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *qu.* 6., Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *n.* 2., Fagnanus *in cap. Perlatum de iis, quæ vi etc. num.* 46. Sed cum in eodem Concilio decretum fuerit, nullas ac irritas esse Professiones, quæ in quacunque Religione fiunt ante annum decimum sextum ætatis Profitentis, et antequam integer annus probationis expletus fuerit; hinc rectè deducitur, etiamsi a Concilio tacita Professio sublata non sit, eam tamen locum non habere, si actus, ex quibus illa inducitur, peracti non fuerint post annum decimum sextum ætatis Profitentis, et postquam annus probationis completus est; ita ut a Concilio Tridentino magna ex parte temperata sit dispositio: *Cap. Is, qui de Regularibus, in sexto, et Clementina* 2. *eodem Titulo, de Regularibus.*

Statuta per Conc. Trid. ætate annorum XVI. ad expressam Professionem validè emittendam, actus, per quos tacita inducitur, ante eam ætatem peracti, pro nihilo reputantur.

Cum itaque dd. Diaconi, ex prioribus Decretis, eadem ætate interrogandi sint an velint in Ordine perseverare, ejusque onera subire;

§. 11. Ad instar Conciliaris Dispositionis a Nobis constitutum est, ut Diaconi Cophti in infantili ætate ordinati, ubi ad annum decimumsextum ætatis suæ pervenerint, a Præfecto Missionum interrogentur, num velint, necne, perseverare in Ordine suscepto, et obligationes omnes Ordini annexas implere, ut indè statui possit, quid in futurum in reliqua eorum vita ab ipsis servandum sit, sicut quisque videre potest in pluries laudata Instructione Nostra *anni* 1745. Itaque quemadmodum stabilita per Concilium ætate anni decimisexti ad Professionem Regularem emittendam, tacita locum non habet, etiamsi ante prædictam ætatem actus illi expleantur, ex quibus secundum Canonicas dispositiones tacita professio inducitur, sed omnes illi nullo in numero, et pro nihilo habentur ad tacitam Professionem Regularem inducendam, nisi expleti fuerint post annum ætatis decimumsextum, et postquam anno probationis evoluto, expressa Professio emissa non est; ita constituto a Nobis anno ætatis decimosexto, quo, ut dictum est, Præfectus Missionum Diaconos in puerili ætate ordinatos interrogare debet, velint ne, an secus, perseverare in Ordine suscepto, et obligationibus Ordini conjunctis satisfacere, ex Ordinis exercitio ante annum decimumsextum eorum ætatis peracto nulla tacita ratihabitio argui debet: cum ad summum hujusmodi actus tacitam ratihabitionem importare possint, si gesti fuerint post annum decimumsextum, eo casu, quo Præfectus Missionum anno decimosexto eorum ætatis ipsos interrogare, quemadmodum ab illo fieri debere sæpius monitum est, neglexerit.

Sequitur, ut per actus antea exercitos, nec ad perseverantiam, nec ad onera Ordini adnexa se validè obligasse censeantur.

III. De Dispensationibus, quæ postulari contin-

§. 12. Remanet ultimum ex iis, quæ Responso Nostro definiri posse diximus; illud autem est hujusmodi: *An plus commodi, et utilitatis, vel potius scandali et detrimenti allatura sit rei Catholicæ dispensatio super Matrimonio inito post Ordines Sacros, libratis in utramque partem omnium rationum, et circumstantiarum momen-*

*tis*. Præmissa in præcedenti Instructione Ecclesiæ Orientalis consuetudine retinendi cum Ordine Sacro uxorem, quæ tamen ante Ordinis susceptionem accepta sit, atque indicata etiam controversia, an Matrimonium ab Orientalibus initum post Ordinem Sacrum irritum sit, an potius dumtaxat illicitum; transitus factus est ad aliam quæstionem: an rectum, probè factum, ac utile videretur, an potius scandalo esse posset, aliquem dispensare, qui uxorem post Ordinem Sacrum duxerit, ut eam retinere, ac simul Sacro Ordine perfungi, et sacra munia exercere possit, quia hujusmodi dispensationes interdum a Sede Apostolica concessæ fuerunt. Cum autem, quæ ad quæstionem definiendam necessaria videbantur, non satis nota, ac perspecta essent, placuit rem differre, et interim exquirere, quæ opus erant, ut plenius de re tota instrueremur. Cum autem ad nostram cognitionem, quæ expectabamus, relata sint; auditis Congregatorum suffragiis, in ea fuimus sententia, ut nemini facultas dispensandi concederetur, sed Sedi Apostolicæ reservaretur; ut, cum casus contigerit, et dispensatio postuletur, maturè expendantur, quæ necesse est considerare, ut, vel concedatur, vel denegetur dispensatio, cum de re gravissima, ac magni momenti agatur. Decretum autem conditum est in hæc verba: *Recurrant ad Apostolicam Sedem in casibus particularibus: in quibus, si ob graves causas Dispensatio super Matrimonio inito, post Ordines Sacros concedenda videbitur, tunc nullum verbum fiat de renovatione consensus.*

ANNO 1750.

gat super Matrimoniis contractis post Ordinem Sacrum.

Earum concedendarum facultas Apostolicæ Sedi reservatur.

§. 13. Haud ignotum est, quanta difficultas occurrat, quoties super Matrimonio ex impedimento dirimenti nullo dispensatio conceditur solita conditione, ut inter Conjuges consensus renovetur: cùm accidere possit, et nonnunquam contigerit, ut mulier haud contenta viro, vel vir uxorem fastidiens, ut se in libertatem vindicet, eorum alter, vel uterque, novum

Si concedantur, decretum est, ne renovatio consensus exigatur.

PONT. A. X.

Id enim prudenter omittendum visum est, dum nihil definitum habetur super nullitate hujusmodi Nuptiarum apud illas Nationes.

consensum præbere renuat. In Decreto mox relato haud mens nostra fuit, renovationem consensus excludere, cum Matrimonium extra dubitationem nullum est; sed, cum gravis illa controversia, ut dictum est, adhuc vigeat, an Matrimonium in Ecclesia Orientali post Ordinem Sacrum contractum, perinde nullum sit, ac in Ecclesia Occidentali, an potius sit solummodo illicitum; et cum hujusmodi controversia (exceptis Italo Græcis, quorum Matrimonia post Ordinem Sacrum inita, statutum est, nulla, et irrita esse, ut in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 7. *num.* 28. quæ est quinquagesima septima in ordine Bullarii Nostri *Tom. I.*) quoad cæteros Orientales Græcos nullo adhuc Decreto Apostolico definita fuerit, licet Tribunalia hujus almæ Urbis opinioni eorum adhæreant, qui hæc Matrimonia nulla existimant; nihilominus satius visum est, ut adveniente casu concedendi dispensationem, conditio renovationis consensus non exprimatur. Decretum autem, de quo agitur, nunc etiam a Nobis solemniter confirmatur.

§. 14. Hæc autem sunt, quæ a Nobis constituta fuerunt, quæque pro recta Cophtorum disciplina, dirigendisque moribus opportunum esse duximus, ut huic nostræ secundæ Instructioni insererentur. Hinc autem inclyta illa natio, quæ etiam antiquis temporibus suæ unionis cum Apostolica Sede, quæ centrum est unitatis, illustria præbuit argumenta, satis intelligere poterit, quam eximio charitatis affectu eam in Domino prosequamur; eique interea, veluti dilectionis Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 19. Junii 1750.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die XIX. Junii MDCCL. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Anno 1750.

# PROPONITUR RATIO

XXXI.

Secernendi Honorarios a veris Familiaribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, et Prælatorum Romanæ Curiæ, ad omnes juris effectus.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Procœmium.

IN eminenti supremi Principatus celsitudine, Dei voluntate, constitutos, ea Nos, inter alias, cura sollicitat, ut forensium litium et controversiarum germina, quantum fas est, succidamus, earumque potissimum, quæ nec sine bonæ fidei detrimento intentari, nec sine injustæ vexationis damno, et immeriti dispendii periculo sustineri, neque demum sine publicæ tranquillitatis perturbatione agitari consueverunt.

Honorariorum multiplex Romæ numerus.

§. 1. Neminem latet, antiquam esse in hac Romana Urbe et Curia consuetudinem, ut plures, pluresque inter Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium nec non ipsius Curiæ Prælatorum Familiares quoquo modo adnumerari contendant, eisque operam suam atque servitia, vel tanquam Aulici nobiles, aut studiorum Adjutores, sive Familiæ Medici, aut Causarum, quas fortè in Tribunalibus pendentes habeant, Sollicitatores, Patroni, Advocati, vel, si ab Urbe recedant, tanquam negotiorum gestores, sive ad alia Officia eorum Personis ac Dignitatibus congruentia, spontè profiteantur, et exhibeant, nullius

PONT. A. X.

quidem stipendii aut mercedis conditione, sed eorum favoris, et gratiæ sibi unicè, ut ajunt, proposito præmio, quod tamen satis apparet a spe alicujus utilitatis ex eorumdem Patrocinio percipiendæ sejunctum non esse.

Ex his aliqui, Patronis defunctis, pro veris Familiaribus haberi contendunt.

§. 2. Et quidem pluribus sæpe contingit, ut hujusmodi spei fructus optatos consequantur; pluribus etiam contraria sors cadit. Verùm tam ex his, quam ex illis non pauci deinde inveniuntur, qui, extincto Cardinale, vel Prælato, cui supradictum servitium præstiterunt, non dubitant ab hæredibus complurium annorum cumulata salaria petere; atque etiam allatis probationibus super hujusmodi servitio defunctis præstito, hæredes ipsos in jus et judicium vocare; unde hi, quum plerumque ignari sint conditionum, quibus auctores sui cum illis convenerant, ancipitis judicii difficultatibus incommodisque vexantur; quemadmodum Nobis, in Romana Curia ab ineunte ætate versatis, et in hujus quoque generis litibus non semel Judicis officio functis, certò deprehendere licuit.

Hujusmodi controversiæ in Judicium deductæ non facile definiuntur.

§. 3. Et illorum quidem actioni Romanæ Urbis consuetudo adstipulatur, secundum quam salarium, licet non expressè conventum, cuilibet famulatum impendenti debetur. Quod si hæredes a prædictis conventi, ea exceptione se tueantur, quod et auctorum suorum mens fuerit, et adversarii ipsi in animo habuerint, ab hujusmodi consuetudine in eorum casu discedere; hinc statim ingredi necesse est immensam, implicitamque conjecturarum sylvam, quarum plures a dictis hæredibus colliguntur, ut ostendant tum auctorum suorum, tum eorum, qui ipsis famulati sunt, mutuum consensum fuisse, ut a præfata consuetudine recedetur. Contra verò plures aliæ afferuntur ab iis, qui præstiti servitii mercedem postulant, ut Judici persuadeant, mutuum hujusmodi consensum nunquam inter eos, eorumque defunctos Patronos intercessisse; atque ita multiplices diuturnæque lites in Tribunalibus agitan-

tur, diversoque exitu finiuntur, quemadmodum fert earum controversiarum natura, quarum decisio ex conjecturis potissimum pendet; dum ex his aliæ unius Judicis intellectui magis validæ apparent, alteri verò aliæ majoris momenti videntur. ANNO 1759.

§. 4. Ad hæc incommoda præcavenda, quibus civilis societas non parum perturbatur, promptum ac tutum remedium id esset, ut præfati Cardinales, atque Prælati, nullius opera servitioque ullo modo uterentur, præterquam eorum, quos justis menstruis diurnisque stipendiis remunerari statuerunt, exclusis aliis, qui licet ipsis gratuita obsequia ac servitia liberaliter polliceantur, nihilominus eos tam in vita, quam in morte, ac etiam post mortem multis modis vexare non omittunt. Nam et viventibus importuni sunt, dum novas quotidie rationes comminiscuntur, quibus præstitam illis operam, per eorum patrocinii favorem, compensari postulent; et morientibus molesti esse non verentur, tam instanter, quam audacter (ut aliquando Nobismetipsis videre contigit) petentes Ecclesiasticarum Pensionum, si quas iidem Cardinales atque Prælati transferre possunt, participes fieri; et iis defunctis, plura controversiarum capita, etiam judicialiter, adversus hæredes, et reliquam familiam excitare solent, non solum pro consequendis retroacti temporis salariis, de quibus supra diximus, sed etiam pro consueto quadraginta dierum proximè decurrendorum stipendio, pro vestibus ad luctum comparandis, ac pro virili portione capienda cum aliis Familiaribus, quibus Cardinales prædicti certam pecuniariam summam, pro rata, et pro qualitate servitii præstiti, inter eos dividendam, legare consueverunt. Sed quoniam nimis difficile fore cognoscimus eorum obsequia penitùs rejicere, qui Procerum hujusmodi favorem et gratiam, cum eorum familiaritatis nomine, ambiunt; idcirco aliam rationem proponere decrevimus, qua servata, Honorariorum retinendorum consuetudo parum utilis.

æque certum publicæ utilitatis et quietis fructum feliciter obventurum non dubitamus.

Mos conficiendi Rotulum verorum Familiarium commendatur

§. 5. Quum scilicet ab antiquo tempore tam Cardinalibus, quam etiam Prælatis in more positum fuerit, familiarium suorum nomina Indiculo quodam, quem *Rotulum* vocant, propria ipsorum manu subscripto comprehendere, id etiam in posterum ab ipsis servetur; vel si ab eorum aliquo prætermissum fuerit, quamprimum fiat, et hujusmodi Rotulo inscribantur omnes et singuli, quos propriis servitiis addictos retinent cum præstatione consueti salarii, illius nimirum, quod vel Romanæ Aulæ stylus fert, vel singulorum mos, eorumve Domus consuetudo definiit. Æquum est autem, ut salarium hujusmodi debitis temporibus unicuique Familiari solvatur. Quod si quis ex descriptis in prædicto Rotulo, vivente Domino, stipendia non acceperit, integrum ipsi erit post illius mortem actionem contra ejus hæreditatem promovere, dummodo intra annum a die obitus ipsius Domini computandum, eam judicialiter intentet; sciatque se nonnisi duorum annorum stipendia, defuncto Domino, petere posse; qua de re extat felicis recordationis Prædecessoris Nostri Pauli Papæ III. Constitutio, quæ incipit: *Sicut Nobis*, eaque jam pridem a recolendæ memoriæ Sancto Pio Papa V. in sua, cujus initium est: *Cupientes*, innovata et confirmata; quam Nos ipsi, præsentium tenore, et pari Apostolica auctoritate similiter confirmamus et innovamus. Præterea iisdem Familiaribus sub consueti salarii conditione in Familiam adscitis, et in Rotulo præfato descriptis, reliqua omnia iisdem competentia jura salva et integra esse volumus tam pro vestibus atris, certique temporis stipendio post Dominorum mortem fruendo, quam pro rata portione capienda inter alios Familiares certæ pecuniarum summæ legato conjunctim remuneratos.

Horum jura asseruntur, et leges de ipsis latæ confirmantur

§. 6. Hi autem, qui non mercede conducti, sed honoris tantùm causa, Cardinalibus, atque Prælatis servitia præstare consentiunt; vel in eodem Rotulo, cum expressa Honorariorum denominatione describantur, vel in alium Indicem a Patronis similiter subscribendum seorsim referantur; sciantque se cum hujusmodi distinctione descriptos, tam de jure, quam hujus Nostræ Constitutionis vigore, nihil in posterum ex defuncti Patroni bonis petere, aut consequi posse, sive per viam actionis, sive compensationis, aut retentionis, quantumvis diuturna, magnique momenti servitia eidem præstiterint, et quamvis ille nihil vivens in eorum utilitatem egisset, vel etiam agendo, nihil fortè pro ipsis obtinuisset. Præterea nullam iisdem competere volumus actionem pro quadragenorum dierum, ut ajunt, stipendio, sive pro atris vestibus, aut pro consequenda portione cujusque summæ inter alios Familiares mercede conductos, ut supra, dividendæ, sed præter honorem, quem ex Defuncti Familiaritate consequuti sunt, aliasque utilitates, si quas illius gratia et auctoritate jam perceperunt, nil aliud ipsis sperandum relinquimus, quam quod vel Defunctus ipse, grati animi ergo, eisdem nominatim testamento legaverit; vel Patroni hæredes, sine præjudicio aliorum Familiarium, qui consueti salarii conditione illi ministrarunt, ac sine diminutione earum rerum, quas his præservatas fore decrevimus, eisdem Honorariis spontè largiri voluerint.

Anno 1750. Honorariorum quoque nomina, si Rotulo distinctè inscribantur, nulla ipsis actio relinquetur.

§. 7. Videant itaque quicumque Magnatum prædictorum favorem, gratuitam operam ipsis exhibendo, aucupantur, qua lege et conditione deinceps in eorumdem Honorariorum Familiarium numerum cooptabuntur, suasque rationes subducant, perpensa præsentis Constitutionis dispositione; quam quidem ab ipsius publicationis die vim legis habere statuimus; sed nullo modo extendi volumus ad casus antea definitos sive in favorem Familiarium Honorariorum hu-

Præsentium Litterarum Lex futuros casus respicit, nec afficit præteritos

**Pont. A. X.**

jusmodi, sive adversus eos, circa quos præcedentia judicata omnino attendi et servari debere decernimus.

**Ejusdem Legis favor volentibus tantum proponitur; non secus ac beneficium Inventarii Hæredibus, Episcopis etc.**

§. 8. Cæterùm Nos prædictis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque præmissis, hujusmodi consilium proponimus, tamquam æquum et ad eorum utilitatem, et quietem, Nostro, aliorumque in rebus agendis expertorum Virorum judicio, satis efficax, eadem prorsus ratione, qua Justinianus Imperator Defunctorum hæredibus suasit, ut Inventarium bonorum hæreditariorum conficerent, ne sua ipsorum propria bona creditoribus Defuncti, vel Legatariis, aut ulterioribus vocatis obnoxia relinquerent; eodemque pacto, quo Episcopis ad Ecclesiarum regimen proficiscentibus utile consilium datur, ut per Inventarii similis confectionem, res suas, quas Domo secum deferunt, ab aliis secernant, quas deinceps acquisituri sunt, quasque, tanquam ex Ecclesiæ redditibus, et proventibus comparatas, sub lege Spolii post earum mortem casuras non ignorant. Quod si ex præmissis aliqui novum hoc Rotuli Familiarium sistema amplecti noluerint, non sane Nobis in animo est illos ad id compellere; verùm eos admonitos volumus, quod non servata per eos præsentis Constitutionis lege, eorum hæredes ejusdem præsentis Constitutionis beneficio minimè juvabuntur, sed omnibus litium incommodis, et controversiarum ambiguitatibus expositi remanebunt, quas per præsentes de medio tollere, ac removere Nobis propositum fuit; non secus ac hæredes illi, qui Inventarium ritè conficere negligunt, actionum confusioni subjecti remanent, ac propriorum quoque bonorum diminutionem pati periclitantur; iique Episcopi, qui omittunt descriptionem facere earum rerum, quas secum ad Ecclesias afferunt, has ipsas deinde Spoliorum Collectoribus cum aliis in unum redigendas plerumque relinquunt.

§. 9. Denique has ipsas præsentes Litteras perpetuæ legis vim obtinere decernimus; ac secundum eas, et non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores in posterum judicari, et definiri debere; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. ANNO 1750. Aliter in posterum judicari prohibetur.

§. 10. Non obstantibus præmissis Pauli III. et Pii V. aliisque Apostolicis Constitutionibus et Ordinationibus, nec non dictæ Almæ Urbis Statutis, Usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, aliisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogatur.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, definitionis, confirmationis, innovationis, statuti, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Decimo. Dat. Pont. Anno X. die 15. Julii 1750.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 7. Augusti ejusdem Anni.*

Pont. A. X.

XXXII. SUPER INSTITUTIONE,

Gubernio, et administratione Mensæ Nummulariæ S. Spiritus in Saxia de Urbe, confirmantur Litteræ Pauli V. aliaque opportunè statuuntur.

# BENEDICTUS EPISCOPUS

## Servus Servorum Dei

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proœmium. Communis Ærarii loca, ad publicum Civium commodum, Supremi Principis auctoritate ac providentia instituta, nimis interest summa circumspectione ac fide administrari; quum, sicut ex eorum tuto ordinatoque regimine Subditorum securitas maximè pendet, ita ipsorum locorum stabilitas, et indemnitas in recta eorumdem administratione consistat. Idcirco, licet usque a primæva hujusmodi locorum institutione, opportunæ illorum Administratoribus leges ac regulæ præscribi soleant; æquum est tamen, ut is, cui vigilis Patrisfamilias partes pro Subditorum felicitate impositæ sunt, ad hujusmodi regimen et administrationem suæ quoque dirigat considerationis intuitum, prædictisque legibus et regulis accuratè perpensis, novoque semper confirmationis munimine roboratis, ea adjiciat, quæ pro illarum executione magis magisque asserenda, vel etiam ad conditionem rerum, et temporum accommodanda, cum prudentium et expertorum Virorum consilio, expedire judicaverit.

Vigil cura Pontificis in Subditorum felicitate procuranda.

Paulus V. Mensam

§. 1. Cum itaque aliàs sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Paulus Papa V. ad hoc ut Pu-

pilli, Viduæ, Pia Loca, et Curiales quicumque non minus tutò, quam sine sumptu propria pecunias publica fide alicubi servandas deponere, illasque pro eorum opportunitatibus ad libitum repetere et recuperare possent, in Archi-Hospitali Sancti Spiritus in Saxia nuncupato de Urbe. Ordinis Canonicorum Regularium ejusdem Sancti Spiritus, sub Regula Sancti Augustini militantium, publicum Banchum Depositorum erexerit, et instituerit; ac pro pecunias in eodem deponentium securitate, omnia et singula bona dicti Archi-Hospitalis perpetuò obligata et hypotecata fore voluerit; hoc tamen, pro aliqua hujusmodi oneris, aliorumque eidem Archi-Hospitali incumbentium compensatione, concedens, ut licitum esset ipsius Archi-Hospitalis Præceptori pro tempore existenti, et aliis illius Ministris, quibus hujusmodi Banchi administrationem injunxit, pecunias in eo deponendas, seu earum partem, in emptionem Locorum Montium non vacabilium (quæ sanè, quoties pecuniæ hujusmodi restituendæ forent, quantocitius vendi, sicque depositæ summæ, quibus debentur, restitui possent) convertere et fructus ex eis interim provenientes percipere, ac in dicti Archi-Hospitalis usus et utilitatem impendere; complures præterea leges et ordinationes pro faciliori et utiliori ejusdem Banchi regimine providè excogitavit, ac suis Literis in forma Brevis expeditis constituit et sanxit, quarum Literarum tenor est, qui sequitur, videlicet:

Anno 1750. Nummulariam S. Spiritus in Urbe instituit.

Et pro Deponentium securitate Bona Archi-Hospitalis S. Spiritus obligavit.

## PAULUS PAPA V.

Tenor Litterarum Pauli V.

### Ad perpetuam rei memoriam.

*A Pontificatus nostri primordio, clamores, quos a multis annis citra in hac Alma Urbe nostra a Viduis, Pupillis, Locis Piis, et Curialibus, qui eorum pecunias ob decoctionem*

Causa erectionis Banchi.

PONT. A. XI.

*Mercatorum; et publicorum Capsorum amiserunt, vel eas cum maxima jactura, et non sine ingentibus expensis; mediante discussione bonorum, recuperare nituntur; intelleximus; ita mentis nostræ dolores excitarunt, ut cum hæc notabile damnum rei privatæ; ac publicæ attulerint et afferant, eis aliquod remedium dare cogitaverimus, et proindè in Archi-Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe; quod bona stabilia magni valoris possidet, et in quo diversa pia opera in educandis infantibus expositis, ac curandis infirmis ibi recursum habentibus, ac aliis quampluribus exercentur; in eo etiam hoc pium opus exerceri posset, publicum Banchum Depositorum pro commoditate ibidem spontè pecunias suas deponentium, ad hoc, ut mediante obligatione bonorum dicti Archi-Hospitalis pro dictis Depositis, indemnitati deponentium tutè provideatur, erigere, et instituere duximus, dictoque negotio etiam diu pro indemnitate dicti Archi-Hospitalis; cum dilecto filio Octavio Tassono illius moderno Præceptore; ac aliis probis et expertis viris examinato, ipsi in eam, ut ex præmissis magna dicto Archi-Hospitali resultaret utilitas, descenderunt sententiam, si eidem Octavio Præceptori partem dictarum pecuniarum, ut præfertur, deponendarum in emptionem Locorum Montium non vacabilium, quæ semper, et illico pro commoditate suas pecunias repetendi in eventum illarum repetitionis, pecunia numerata deficiente, in promptu essent, et vendi possent, convertendi facultatem concederemus et auctoritatem. Nos igitur in supremo Militantis Ecclesiæ solio Divina dispositione constituti, ad ea, per quæ publicæ, et privatæ utilitati, dictæque Urbis Curialium, et aliarum personarum indemnitati valeat salubriter provideri, libenter intendentes: Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in dicto Archi-Hospitali, et loco inibi, vel alibi, prout melius videbitur ad pu-*

Hospitale S. Spiritus diversa pia opera exercet.

Conceditur facultas aperiendi publicum Banchum

*blicam commoditatem deputando, unum Banchum perpetuum Depositorum nuncupandum per Capserium, et alios illius Ministros, qui Ordinem Sancti Spiritus sub Regula Sancti Augustini, cujus dictum Archi-Hospitale existit, professi fuerint, regendum, et gubernandum, in quo omnes, et singulæ pecuniarum summæ, etiam cujusvis quantitatis existentes, ab eas deponere volentibus, gratis, et absque alia pecuniarum, etiam minimæ partis, a dictis personis pro hujusmodi depositis exactione deponantur; et tutè conserventur, sine aliquo præjudicio Montis Pietatis de Urbe, perpetuò erigimus, et instituimus, Illoque sic erecto, et instituto, ut illud, aliquo servato ordine, rectè et feliciter ad quorumcumque satisfactionem administretur, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dicto Archi-Hospitali una capsa in Camera prædicti Octavii, et pro tempore existentis dicti Archi-Hospitalis Præceptoris conservanda, in qua pecuniæ prædicti Banchi reponantur, conficiatur, eaque tribus differentibus clavibus, quarum unam dictus Præceptor, aliamque prædicti Archi-Hospitalis Domus Magister, et reliquam clavem hujusmodi dicti Banchi Thesaurarius, seu Capserius pro tempore existentes habeant, obseretur; ac Præceptor, necnon Magister Domus, ac Thesaurarius, seu Capserius prædicti, dictam capsam conjunctim, et non separatim ac de per se, aut unus absque alio, aperire, nec alter alteri clavem suam confidere, aut accommodare; minusvè pecunias in dicto Bancho pro tempore existentes, aut etiam minimam illarum partem seu quantitatem, ad alios quantumvis necessarios, et utiles usus, quàm in emptionem Locorum Montium non vacabilium hujusmodi convertere, aut super eis etiam pro urgentissimis ipsius Archi-Hospitalis necessitatibus, sub pœna illorum nullitatis, aliquos contractus inire, aut conficere possint, nec debeant; ac perindè dictæ pecuniæ a pecuniis ex redditibus dicti Archi-Hospitalis provenientes, ne in alios, quàm prædictos usus*

ANNO 1750.

In quo deposita fiant gratis.

Deposita in Capsa tribus clavibus obsecrata serventur

Deposita in alios, quam permissos usus minimè erogentur.

Deposita separatim serventur a redditibus Hospitalis.

PONT. A. X.

convertantur, aut invicem confundantur, separentur, et in dicta capsa, ad hoc, ut promptæ pecuniæ occurrentes eas dietim repetentium necessitatibus habeantur, quædam, eaque conveniens pecuniarum quantitas semper, et continuò conservetur: et ob id bis mille scuta circiter in manibus dicti Thesaurarii, seu Capserii pro quotidianis minoribus solutionibus faciendis dumtaxat relinquantur, ita ut dum aliqua major solutio facienda erit, id ad prædicti Præceptoris, et Magistri Domus notitiam deveniat, semelque saltem in hebdomada, et sæpius, prout dicto Præceptori videbitur, per Præceptorem, ac Magistrum Domus prædictos computa Depositorum, tunc factorum, ad hoc, ut a prædicto Thesaurario, seu Capserio pecuniæ, si plures quàm opus fuerit, habuerit, auferantur, et in capsa, ut supra, reponantur, aut ipsi aliæ pecuniæ, prout temporis exegerit necessitas, tribuantur, revideantur. Dictusque Præceptor quolibet anno Nos, et Romanum Pontificem pro tempore existentem, de emolumentis præmissorum occasione factis certiorare, et notificare teneatur, dictæque capsæ computa singulis saltem tribus mensibus, vel alias, prout etiam expediens videbitur dicto Præceptori pro tempore existenti, ab universa dicti Archi-Hospitalis Congregatione qualibet hebdomada coram dicto Præceptore cum interventu non solum principalium illius Officialium, verùm etiam Procuratoris, ac Advocati, et Notarii fieri solita, revideantur. Quodque ipsius Banchi Capserius pro tempore existens, ac Præceptor, et Magister Domus, seu alii Ministri, Cambia, Recambia, Incettas, Dittas, Cedulas, et nullum aliud genus negotiationis exercere, seu admittere possint; sed prædictus Thesaurarius, seu Capserius dicti Banchi merus Depositarius esse, nec de dictis pecuniis disponere, aut illas in alios usus, quam Locorum Montium emptionem et usus hujusmodi, convertere debeat: et libris, in quibus prædicta deposita describentur, eadem prorsus fides in judicio, et extra judicium adhi-

Computa semel saltem in hebdomada revideantur.

Et quotannis Papa de statu Banchi certioretur.

Nullum genus negotiationis ibidem exerceatur.

*beatur : Quodque partitæ ex dictis libris extractæ, et a Præceptore, ac Magistro Domus, nec non Thesaurario, seu Capserio prædictis, vel duobus ex ipsis subscriptæ, in judicio, et extra fidem faciant, perindè, ac si parte citata, et cum decreto Judicis extractæ fuissent, dictusque Thesaurarius, seu Capserius, et quicumque alii dicti Banchi Ministri, ad omnem dictorum deponentium, vel interesse habentium requisitionem, partitas ex dictis libris depositorum hujusmodi ad effectum exhibendi in judicio, et extra illud, pro creditorum suorum consequutione, vel alia opportuna probatione tradere, et extrahere : ac pro hujusmodi pecunias deponentium securitate quæcumque dicti Archi-Hospitalis immobilia, mobilia, ac semoventia bona in ampliori Cameræ, et quacumque alia juris valida forma obligata, et hypothecata sint, et intelligantur; illaque sic obligata, et hypothecata existant, dictique deponentes ad illa promptam et paratam executionem, ac si Instrumenta publica obligatione Camerali vallata essent, habere, et in eventum non restitutionis pecuniarum ab eis pro tempore depositarum, dictorum bonorum realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi, absque vitio spolii, et attentatorum, ac alicujus Judicis, seu Curiæ decreto, vel mandato, pro concurrenti pecuniarum eis tunc restituendarum, quantitate, apprehendere, et apprehensam continuare, et retinere, illaque quibusvis personis sub quibuscumque pactis, et conditionibus, et pretio sibi benevisis, locare, et arrendare, ac illorum fructus et emolumenta percipere, exigere, levare, dictaque bona vendere, et alienare, ac de eis liberè disponere possint, et valeant. Quodque pecuniæ in dicto Bancho pro tempore deponendæ, quamdiu in eo fuerint, a quoquam cujusvis crediti occasione sequestrari non possint, et quocumque sequestro non obstante, prædictus Capserius ad omnem etiam simplicem illorum, qui eas deposuerint, requisitionem, eis, etiam absque aliqua pæna, et pe-*

ANNO 1750.

Partitæ e libris extractæ fidem in judicio obtineant

Bona omnia Archihospitalis pro Banchi securitate obligata sint.

Pecuniæ in Bancho depositæ sequestrari nequeant.

PONT. A. X.

*riculo iteratæ solutionis, solvere, et restituere possit, et valeat, itidem perpetuò statuimus, et ordinamus. Et pro præmissorum inviolabili observatione dicti Archi-Hospitalis Præceptori, ac Magistro Domus, nec non ipsius Banchi Thesaurario, seu Capserio, aliisque illius Ministris, et personis, ac quibuscumque aliis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit, quosque dictum negotium tangit, aut tangere poterit quomodolibet in futurum, ne, ultra aliàs pœnas a jure communi inflictas, sub privationis quorumcumque beneficiorum et officiorum per eos pro tempore obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, ac etiam perpetuæ infamiæ, nec non excommunicationis majoris latæ sententiæ, a qua nonnisi a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, ac in mortis articulo, absolutionis beneficium consequi possint, ipso facto incurrenda pœna, præmissis in totum, vel parte contradicere, aut ab eis, seu illorum aliquo quovis prætextu, causa, vel occasione recedere audeant, seu præsumant, sed ea, ac eorum singula inviolabiliter, et inconcussè observare, et adimplere, ac ab aliis, quantum in se erit, observari, et adimpleri mandent, et faciant, itidem perpetuò præcipimus, et mandamus. Dictique Archi-Hospitalis Præceptori, et aliis illius Ministris prædictis, quod prædictas pecunias pro tempore, ut præfertur, deponendas, seu earum partem, in emptionem tot Locorum Montium non vacabilium, ad hoc, ut illarum restitutionis tempore adveniente, dicta loca quantocius vendi, dictæque pecuniæ, quibus debentur, restitui possint, convertere, et fructus ipsos interim ex eis provenientes percipere, exigere, et levare, ac in dicti Archi-Hospitalis usus, et utilitatem convertere, quodque pro fèlici, et salubri dicti Banchi, ac illius personarum, et rerum suarum regimine, et directione, quæcumque statuta, et ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini*

Pœnæ contra Præceptorem, et Ministros contrafacientes.

Facultates præceptoris, et Ministrorum in emptione Locorum Montium.

Et condendi Statuta.

*Tridentini decretis non contraria condere, et quoties sibi opportunum videbitur, condita mutare, alterare, et declarare, ac pro eorum arbitrio edicta publicare, imprimi, et affigi facere, ac subscribere, aliaque in præmissis, et circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, dicere, gerere, et exequi possint, et valeant, similiter perpetuò concedimus, et indulgemus. Decernentes præsentes, et desuper conficiendas literas, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus eas quodcumque juris, et facti, vel justitiæ, aut gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sed illas semper, et perpetuò validas, et efficaces fore, et esse, ac ab omnibus, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari debere, sicque ab omnibus, et singulis censeri, et ita per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quicquid secus super præmissis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, nec non felicis recordationis Pauli Secundi, et aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, quatenus opus sit, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non etiam dictorum Archi-Hospitalis, et Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eisdem Archi-Hospitali, et Ordini, ejusque Præceptori, ac Superioribus et per-*

Anno 1750.

Clausulæ.

Derogatio contrariis

PONT. A. X. *sonis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis, Quibus omnibus, et singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die* 13. *Decembris* 1606. *Pontificatus Nostri Anno Primo.*

Dat. Pontif. Pauli V. an. I. die 13. Decembris 1606.

Idem Paulus V. per alias Litteras postea permisit, ut Sæcularium opera dictus Banchus administrari, et deposita per Cedulas transferri possent.

§. 2. Quoniam verò deinceps eidem Paulo Prædecessori expositum fuit, quod in præfato Archi-Hospitali tot Fratres professi dicti Ordinis Sancti Spiritus, qui habiles essent ad exercendum totum negotium hujusmodi Banchi, minimè aderant; quodque præterea, ob prohibitionem in præinsertis Literis appositam, ne negotiatio per Cedulas ab ejusdem Banchi Ministris et Administratoribus ullo modo exerceri et admitti posset, a nonnullis dubitatum fuerat, an deposita per Cedulas et Literas accipere et reddere, aut pecunias in aliam personam seu Banchum, alia ratione, quam per actualem numerationem transferre liceret; hinc idem Prædecessor per alias Literas in simili forma Brevis sub datum diei 11. Junii anni MDCVII. tunc et pro tempore existenti dicti Archi-Hospitalis Præceptori, ut ipse, tunc, et perpetuis futuris temporibus, Ministrorum Sæcularium opera in ejusdem Banchi ministerio ad ejus arbitrium et nutum uti liberè posset et valeret, licentiam concessit, et facultatem; Capseriis verò, aliisque Ministris ejusdem Banchi, pecunias Campsori-

bus, et aliis, juxta opportunitatem et commoditatem, per Literas et Cedulas solvere et transferre, seu girare, ut alii publici Campsores facere solent, licitum fore, absque tamen ulla negotiatione, sed ad effectum solum, et occasione Deposita inibi facta accipiendi vel reddendi, aut Montium loca, prout in præinsertis suis Literis permittitur, emendi, declaravit, et quatenus opus esset, opportunam etiam ad hoc eis licentiam, et facultatem impertitus fuit. ANNO 1750.

Innocentius XI. similibus Literis statuit, ut Banchi debitores obligatione Camerali obligati essent

§. 3. Præterea quum Sanctæ mem. Innocentio Papæ XI. etiam Prædecessori Nostro, pro parte tunc existentium ipsius Banchi seu mensæ Nummulariæ Ministrorum, fuisset expositum, quod, quum bona omnia dicti Archi-Hospitalis, in illorum, qui inibi pecunias deponunt, favorem, ita, ut præfertur, ex præmissarum Pauli Prædecessoris Literarum dispositione, efficaciter obligata essent, perinde ac si cum unoquoque eorum Cameralis obligatio intercessisset; e converso illi, qui Bancho præfato debitores superarant, non æquali vinculo erga eundem Banchum obstricti censebantur: Ipse Innocentius Prædecessor per suas etiam Literas in simili forma Brevis sub die decima Maji Anni Millesimi sexcentesimi octogesimi tertii, statuit et ordinavit, omnes et singulos præfati Banchi ex quacumque causa debitores, tunc præsentes, et futuros, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis, ac etiamsi Ecclesiæ, Monasteria, Conventus, Collegia, Hospitalia, Archi-Hospitalia, Confraternitates, Archi-Confraternitates, et alia Loca Pia quæcumque, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digna existerent, ad satisfaciendum eidem Bancho de eorum debitis respectivè efficaciter obligari, ac obligatos et obligata existere et fore, in omnibus, et per omnia, perinde ac si ab eorum singulis Cameralis obligatio ad favorem ipsius Banchi facta fuisset; prout, in secundodictis Pauli, ac præfatis In-

POST. A. X.

nocentii Prædecessorum prædictorum Literis plenius respectivè continetur.

Pontifex dictas Literas solemniter confirmat

§. 4. Nos verò, qui præmissarum Legum et Ordinationum a Prædecessoribus Nostris providè editarum perpetuum implementum, ac ejusdem Mensæ in publicam commoditatem institutæ indemnitatem, et profectum summoperè exoptamus; Motu Proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tam præinsertas Pauli, quam supramemoratas ejusdem Pauli, et Innocentii Prædecessorum præfatorum respectivè Litteras, omniaque et singula in eis contenta et expressa, tenore præsentium Apostolica auctoritate confirmamus, approbamus, et innovamus, illisque novum inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicimus, ac omnes et singulos tam Juris, quàm facti et solemnitatum defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus; expressè declarantes, quod, quemadmodum ipsis, et signanter præinsertis Litteris, nunquam generaliter derogatum fuisse dignoscitur, nec etiam earum ignorantia (quum earundem exemplar semper ad hunc diem in digniori parte

Declarans dictas Literas semper in observantia fuisse.

Aulæ ejusdem Mensæ palam et publico aspectui expositum fuerit;) ab ullo unquam allegari potuit; ita eædem præinsertæ Litteræ semper hactenus in suo robore et efficacia, nec non in viridi observantia perstiterunt; exceptis tantùm, ut accepimus, casibus, in quibus de præterito permissum fuit, per dictam Mensam necessitatibus et indigentiis Archi-Hospitalis præfati opem, et adjumentum præstari. Qua de re, si quæ actiones et jura mensæ et Archi-Hospitali præfatis, ob præinsertarum aliarumque prædictarum Litterarum inobservantiam aliquo forsan in casu nulliter et de facto sequutam, seu

Et ideo præservat omnia Jura Banchi ex eis provenientia.

admissam, juxta ipsarum Litterarum formam et tenorem, contra alias Personas et Loca quæcumque, eorumque res et bona, competunt ac competere possunt, illis per confirmationem et innovationem hujusmodi nullo modo officere

sunt præjudicare intendimus, immò firmas et firma, ac in pleno robore et efficacia perseverare decernimus et statuimus.

Anno 1756.

§. 5. Omnia quoque et singula in præinsertis, et memoratis respectivè Litteris contenta et expressa, ac per dictos Prædecessores Nostros volita, sancita, et ordinata perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, juxta tamen ulteriores mox subjiciendas ordinationes Nostras, observari volumus et jubemus. Nos enim, pro firmiori præmissorum subsistentia et executione, nonnulla adhuc addenda ac præsentium Litterarum sanctione stabilienda censuimus; nimirum:

Et pro præmissorum exactiori observantia infrascriptas addit ordinationes.

§. 6. Primò, cùm in præinsertis Litteris caveatur expressè, quod Deposita integrè ad Deponentium commodum asservari debeant; liceatque dumtaxat eorum partem in emptionem tot Locorum Montium non vacabilium convertere, ad hoc ut, illorum restitutione occurrente, dicta Loca quantocitius vendi, ac pecuniæ ex ipsis redactæ, quibus debentur, restitui possint; fructus verò interim ex iisdem provenientes, in Archi-Hospitalis beneficium impendi debeant; expressa quoque in eisdem Litteris lege: et prohibitione imposita, ne ipsius Mensæ, seu Banchi Ministri ex Depositorum pecuniis ullum aliud prorsus negotiationis genus exercere, vel admittere, nec de dictis pecuniis in alios usus disponere queant; Nos ordinationem et prohibitionem hujusmodi innovantes, motu, scientia, et auctoritate similibus statuimus, atque decernimus, ut quatenus aliquid contra præmissas ordinationem et prohibitionem ullo unquam tempore admitti contingat, omnes et singulæ pœnæ in præinsertis Litteris comminatæ adversus contraventores locum omnino habeant, et plenariæ executioni demandentur; atque etiam præsentium tenore expressè declaramus, inter pœnas hujusmodi per generalitatem verborum inibi comminatas, hanc quoque de jure comprehendi, et comprehensam censeri

Primò, quod omnes pœnæ inflictæ locum habeant, et inter pœnas ea est, ut Ministri Banchi teneantur de proprio ad illius indemnitatem.

PONT. A. X.

debere, ut in eventum hujusmodi, tam pro tempore existens dicti Archi-Hospitalis Præceptor Generalis, seu Commendatarius, quam dictæ Mensæ Capserius, Ratiocinator, aliique Ministri, ad quos spectat, et spectare potuit, seu poterit in futurum, ratione contraventionis hujusmodi, teneantur etiam de proprio ad restitutionem, et reintegrationem quantitatum pecuniarum contra ordinationem et prohibitionem hujusmodi impensarum; ac præterea decernentes, quod quatenus præmissis, ex Nostra, vel Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum dispensatione (quem sanè casum, nullo unquam tempore evenire votis omnibus exoptamus), ad hoc ut pecuniæ in dicta Mensa depositæ in alios, quam in præfatos usus erogentur, derogari contingat; in Chirographis, seu Schedulis manu tunc existentis Romani Pontificis signandis, seu in Litteris Apostolicis desuper expediendis, specialis, expressa, et individua præsentis Constitutionis mentio fieri debeat; nec ipsi per clausulas generales, idem etiam per æquipollens, importantes, aut per Decreta derogatoria, irritantia, universalia, et amplissima, validè derogatum sit et censeatur; sed post dictam mentionem, specialis etiam, expressa, et individua in Chirographis, seu Schedulis, aut Litteris Apostolicis hujusmodi, fieri debeat præsentium derogatio; sine qua eadem Chirographa, Schedulæ, et Litteræ Apostolicæ, ad effectum præmissorum, nullius sint roboris, vel momenti, nec executionem habere possint.

Quodque si aliter disponi contingat quam in præsenti statuitur, expressa hujus Constit. fieri debeat derogatio.

§. 7. Secundò, cum juxta easdem præinsertas Litteras dicti Archi-Hospitalis Præceptor quolibet Anno Romanum Pontificem pro tempore existentem de emolumentis ex hujusmodi Locorum Montium emptione factis certiorare et notificare teneatur; Nos hujusmodi præceptum et ordinationem declarantes, et ampliantes, præsentium tenore, expressè volumus et mandamus, ut vertente Mense Januarii cujuslibet Anni, sicuti postremis elapsis Annis gestum fuit,

Secundò, quod singulis Annis generalis fiat computorum collatio, quæ in Congreg. particulari

generalis fiat collatio, seu comparatio computorum dictæ Mensæ, vulgò *Bilancio* nunçupata, in qua integer illius status œconomicus, summa nimirum pecuniarum depositarum, investimenta Locorum Montium prædictorum, credita et debita cujusvis speciei, nec non quantitates fructuum Locorum Montium decursorum, et eorum usus ac applicatio in supra expressas causas, fideliter referantur; quodque dicta comparatio seu collatio legatur, examinetur, et revideatur a Congregatione pro tempore existentium ejusdem Archi-Hospitalis Præceptoris, seu Commendatarii, et Magistri Domus, ac dictæ Mensæ Capserii, et Ratiocinatoris. Hujus autem relationis status Œconomici duo tantùm exemplaria conficiantur, quæ cùm in eadem Congregatione a Capserio, et Ratiocinatore præfatis subscripta fuerint, eorum unum in ipsius Mensæ Archivo asservari debebit, alterum verò a Præceptore seu Commendatario præfato Nobis et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus exhibendum erit; illudque postea, cum annotatione quod jam Romano Pontifici præsentatum fuit, in Archivo Domus Archi-Hospitalis præfati, ad hoc ut ad placitum ejusdem Pontificis ei denuò repræsentari valeat, custodiendum erit. Utriusque autem Archivi præfati Archivistis et Custodibus præsentium tenore districtè injungimus, ut dicta exemplaria secreta teneant, nec illa alicui communicent, nisi in necessitatis casu a pro tempore existente Præceptore, seu Commendatario præfato approbando, sub pœnis ab eodem Præceptore, seu Commendatario ejus arbitrio imponendis.

ANNO 1750. revideatur, et postea Roman. Pont. præsentetur.

Exemplaria dictarum collationum secreta serventur.

§. 8. Tertiò, etsi in præinsertis Litteris disponatur, pecunias in dicta Mensa depositas in Capsa tribus Clavibus clausa reponi, et penes Capserium pro solutionibus quotidie occurrentibus, summam bis mille circiter scutorum relinqui debere; quia tamen experientia compertum est, ob depositorum et exactionum confluentiam, majorem apud ipsum requiri pecu-

Tertiò, quod in Capserii manibus arbitrio Præceptoris major bis mille scuto-

POST. A. X.

rum pecuniæ summa relinqui possit.

Quartò, e fructibus Locorum Montium, detrahi debeant emolumenta et expensæ Banchi

Quintò, quod mensis non elabatur, quin ordinaria Congreg. habita fuerit, alia verò Cong. singulis trimestribus cogi debeat.

Sextò, quod fa-

niæ summam; ideo, ut in ejusdem Mensæ Capserii manibus, et penes ipsum major pecuniæ numeratæ summa relinquatur, arbitrio et prudentiæ ejusdem Præceptoris seu Commendatarii pro tempore existentis remittimus.

§. 9. Quartò, declaramus, e fructibus Locorum Montium præfatorum in dicti Archi-Hospitalis commodum convertendis, ante conversionem hujusmodi, detrahi debere, quemadmodum in usu est, omnia emolumenta Ministrorum, aliasque expensas pro ipsius Mensæ manutentione occurrentes.

§. 10. Quintò, cum in præinsertis Litteris præcipiatur, duas super computis Mensæ præfatæ Congregationes identidem haberi, unam videlicet singulis Hebdomadis ad inspiciendum Depositorum statum, alteram verò singulis Trimestribus, ut plenius ipsius Mensæ status, atque conditio perpendatur, et priori quidem ipsum Præceptorem, nec non Magistrum Domus Archi-Hospitalis præfati, unà cum Capserio Mensæ seu Banchi hujusmodi, interesse, alteri verò non solùm principales Archi-Hospitalis præfati Officiales, sed etiam ejusdem Procuratorem, Advocatum, et Notarium accedere: Nos, ut provida hæc dispositio facilius, et felicius executioni demandetur, volumus, et mandamus, primam ex Congregationibus præfatis ad Præceptoris seu Commendatarii prædicti arbitrium cogi debere, dummodo nunquam unius Mensis spatium decurrat, absque eo quod hujusmodi Congregatio habeatur. Tam verò in ista, quàm in altera Congregationibus hujusmodi, interveniant semper præfati Præceptor seu Commendatarius, et Magister Domus Sancti Spiritus, nec non Banchi Capserius, et Ratiocinator; reliqui verò superius nominati, Procurator, Advocatus, atque Notarius, quoties negotiorum, et casuum natura id exegerit, arbitrio Præceptoris prædicti, interesse jubeantur.

§. 11. Sextò, quum in iisdem præinsertis Litteris indultum fuerit præfati Archi-Hospitalis

Anno 1750.

Præceptori, aliisque illius Ministris, pro tempore existentibus, ut pro supradicti Banchi, ejusque Personarum et rerum regimine, et directione, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini Decretis non contraria, condere, et condita mutare, alterare, et declarare, prout ipsis opportunum videbitur, possint, et valeant; Nos facultatem hujusmodi præfatis Præceptori, ac Ministris eatenus confirmamus, ac iterum præsentium Litterarum serie concedimus, et indulgemus, dummodo nova decreta, ordinationes, et quæcumque aliæ resolutiones hujusmodi, iisdem præinsertis, et supramemoratis, Prædecessorum Nostrorum Litteris, ac præsenti Constitutioni Nostræ non contradicant, nec repugnent, illasve modificent; declarantes, sub nomine Ministrorum prædictorum intelligi debere præfatos Capserium, Ratiocinatorem, Domusque Magistrum, de quorum in Congregatione collectorum consilio opportunæ capi debent resolutiones, cum interventu etiam Custodis Archivii Banchi præfati, qui in Libro ad id designato, resolutiones ipsas adnotare valeat, ac respectivè teneatur.

cultas condendi Statuta de iis intelligatur, quæ præsenti Constit. non sint contraria.

Qui veniant sub nomine Ministrorum.

§. 12. Ac decernentes, easdem præsentes, et præinsertas Pauli, ac ejusdem Pauli, et Innocentii Prædecessorum præfatorum supramemoratas Litteras, ac omnia, et singula in eis respectivè contenta, etiam ex eo, quod quicumque quavis auctoritate, dignitate, ac etiam Cardinalatus honore fulgentes, et in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, aut Causæ, propter quas ipsæ præsentes, aliæque superius præinsertæ et memoratæ litteræ respectivè emanarint, satis adductæ, justificatæ, aut approbatæ non fuerint, nunquam de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut in jus, vel con-

Clausulæ.

Pont. A. X. troversiam revocari posse; sed eas semper, et perpetuò validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Aliter judicari prohibetur. §. 13. Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac quidquid contra præsentium formam et dispositionem in præmissis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, seu mandatum fuerit, irritum, nullum, et invalidum, ac nullius roboris, vel momenti ex nunc prout ex tunc, et e contra, fore et esse, dicta auctoritate etiam decernimus.

Derogatio contrariis §. 14. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, omnibusque iis, quæ Paulus, et Innocentius Prædecessores præfati in præinsertis, et supramemoratis eorum Litteris voluerunt non obstare, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores pro plenè et sufficienter ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exemplar hujus Const. in AulaBanchi, et in Archivo expositum retineatur. §. 15. Volumus autem, et dicta auctoritate præcipimus, ut earundem præsentium Exemplar Typis impressum in Aula dictæ Mensæ, necnon in Archivo prædicto publicè appensum, et expositum retineri debeat; quodque ipsarum præsentium Transumptis, etiam, ut præfertur, impressis, manu pro tempore existentis dictæ Domus Archivistæ subscriptis, et ejusdem Archi-Hospitalis Sigillo munitis, eadem prorsùs

fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensæ. Anno 1750. Et illius Transumptis fides habeatur.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ Confirmationis, approbationis, innovationis, roboris adjectionis, statuti, declarationis, ampliationis, mandati, remissionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo, quinto Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Decimo. Dat. Pont. A. X. die 10. Aug. 1750.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

PONT. A. XI.

XXXIII. CANONICIS REGULARIBUS

Præmonstratensibus conceditur ex integro Privilegium assequendi, et retinendi quascumque Parochiales Ecclesias, et Vicarias, tam Sæculares, quàm Regulares absque Dispensatione Apostolica.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Oneroso Sacri Apostolatus Ministerio meritis licet imparibus Divina sic disponente Clementia Præsidentes, pia Regularium virorum vota solliciti pii Patris affectione prosequimur, ac Privilegia eis aliàs a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, denuò ex integro liberali indulgentia concedimus, ut ii in humilitatis spiritu in Regularibus locis Altissimo famulantes, sublatis quibuscumque dubiis, et dissono litium clamore, laudabilibus possint in Domino proficere incrementis.

Preces Pontifici oblatæ.

§. 1. Sanè pro parte Dilecti Filii Nicolai Meyers moderni Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium Præmonstratensis Ordinis, Laudunen. et aliarum Civitatum, vel Diœcesum, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Ordo prædictus, illiusque pro tempore existentes Canonici Regulares, inter quamplurima Privilegia a diversis Romanis Pontificibus, et signanter a fel. record. Urbano Papa IV. et Clemente Papa V. Prædecessoribus Nostris Ordini, et Canonicis Regularibus prædictis Apostolica auctoritate concessa, et subinde eadem

Apostolica auctoritate confirmata, illo quidem in Litteris Apostolicis ab eisdem Urbano, et Clemente Prædecessoribus respectivè emanatis contento gaudent Privilegio, nimirùm, quod Canonici Regulares ejusdem Ordinis pro tempore existentes Parochiales Ecclesias, etiam Sæculares, ac Clericis, seu Presbyteris Sæcularibus conferri, et assignari solitas, absque ulla dispensatione Apostolica consequi, et consequutas retinere liberè, et licitè possint, et valeant. Anno 1750.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, ob collationem Parochialis Ecclesiæ de Limbrich Leodien. Diœces. et respectivè provisionem de illa certo tunc expresso modo vacante Dilecto etiam Filio Melchiori Werden Presbytero, ac Canonico Regulari dicti Ordinis expressè professo non diu a Nobis eadem Apostolica auctoritate factas, Curia Episcopalis Leodien. et pro illius parte Dilectus pariter Filius Promotor Fiscalis ejusdem Curiæ Episcopalis, collationi et provisioni hujusmodi in Dataria Apostolica, eo sub prætextu, quod Canonici Regulares dicti Ordinis ad Parochiales Ecclesias obtinendas, prout juxta Constitutionem a Nobis novissimè editam incipientem: *Quod inscrutabili*, Canonici Regulares Ordini Sancti Augustini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. ad Parochiales Ecclesias hujusmodi habendas incapaces sunt, etiam existerent incapaces, tunc se opposuerit, illasque impugnaverit, controversiam hujusmodi in eadem Dataria Apostolica, pro validitate collationis et provisionis in vim prædicti Privilegii in eisdem Urbani, et Clementis Prædecessorum Litteris contenti, licet absque dispensatione Apostolica factarum, substinenda, opus fuit agitare. Controversia judicialis quam Ordo Præmonstr. perpessus est.

§. 3. Idcirco Nicolaus prædictus ad tollenda quæcumque dubia, et objectiones, quæ in futurum a quibuscumque Episcopalibus, Archiepiscopalibus, et Primatialibus, aliisque Eccle- Petitionis summa.

PONT. A. XI. ſiasticis Curiis, earumque respectivè Promotoribus Fiscalibus, seu Procuratoribus legitimis adversus Privilegium prædictum in dictis Urbani, et Clementis Prædecessorum prædictorum Litteris, ut præfertur, contentum, excitari possint in futurum; nec non pro majori nunc, et pro tempore existentium ejusdem Ordinis Præmonstraten. Canonicorum Regularium, qui de Parochialibus Ecclesiis de cætero tam Apostolica, quam Ordinaria auctoritate erunt providendi, quiete et tranquillitate, plurimum cupiat sibi ac Canonicis Regularibus in eodem Ordine Permonstraten. expressè professis nunc et pro tempore ubivis existentibus, per Nos, et Sedem Apostolicam ex integro ut infra benignè indulgeri. Quare pro parte dicti Nicolai Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Ordinis Præmonstraten. illiusque Canonicorum Regularium, qui nunc in eo expressè professi sunt, et imposterum etiam in eo professionem expressè emittent, indemnitati in præmissis opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum ex integro concedi-tur. §. 4. Nos igitur, qui quarumcumque litium, et jurgiorum occasiones tollere sinceris desideramus affectibus, Nicolao prædicto, ac Canonicis Regularibus prædictis specialem gratiam facere volentes, eosdemque, et eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Nicolao, ac Canonicis Regularibus, qui nunc in eodem Ordine Præmonstratensi, ut præfertur, expressè professi sunt, et imposterum etiam in eo professionem emittent, ut ipsi ex nunc, et perpetuis futuris temporibus, absque ulla oppositione, et contradictione, quascumque Parochiales Ec-

clesias, etiam Sæculares, illarumque perpetuas Vicarias Clericis, seu Presbyteris Sæcularibus conferri, et assignari solitas, si tamen eis, et eorum cuilibet canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illas, absque dispensatione Apostolica consequi, et in eis quavis auctoritate institui, illasque recipere, et quoad vixerint retinere liberè, et licitè possint, et valeant, Apostolica auctoritate prædicta, tenore earumdem præsentium, ex integro perpetuò concedimus, et indulgemus; ipsumque Nicolaum, nec non Canonicos Regulares dicti Ordinis Præmonstrat. nunc, et pro tempore existentes prædictos super præmissis a quibuscumque etiam Curiis Ecclesiasticis, seu eorum Præmotoribus Fiscalibus, vel Procuratoribus prædictis, quavis auctoritate, prætextu, colore, causa, vel ingenio molestari, inquietari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam posse, sed Indulto per Nos concesso hujusmodi semper, et perpetuò pacificè frui, et gaudere. Anno 1750.

§. 5. Ac easdem præsentes nullo unquam tempore ex quocumque capite, aut quavis occasione vel causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis substantiali, et inexcogitato, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvare posse, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam per Nos, et Sedem prædictam sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis Ejus perpetua firmitas asseritur.

Pont. A. XI.

quomodolibet pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Nicolaum modernum, ac pro tempore existentem Procuratorem Generalem, et eosdem Canonicos Regulares dicti Ordinis Præmonstraten. nunc et pro tempore existentes quandocumque eligenda, concessas esse, et fore, easque, ac omnia, et singula præmissa semper, et perpetuò valida, et efficacia fore, et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Nicolao, et Canonicis Regularibus dicti Ordinis Præmonstraten. nunc et pro tempore existentibus prædictis, quorum favorem eadem præmissa respectivè concernunt, plenissimè suffragari.

Decreta et Derogationes.

§. 6. Sicque, et non aliàs, per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis, editis vel edendis, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Præmonstraten., etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis, quibusvis Personis etiam speciali nota dignis, et necessariò exprimendis, in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti deroga-

tione, aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, latissimè, et plenissimè hac vice dumtaxat ad præmissorum validissimum effectum specialiter et expressè harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. ANNO 1750.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis, etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique in Judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Sanctio.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCL., Kalendis Septembris, Pontificatus Nostri Anno XI. Dat. die 1. Sept. 1750.

Loco ✠ Plumbi.

*Expedita in Cancellaria Apostolica.*

XXXIV. 

## INDULTUM CELEBRANDI

Missam in Altari Papali Basilicæ S. Mariæ Majoris die 30. Septembris anni 1750. post peractam a Pontifice ejusdem Altaris consecrationem.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

*Venerabili Fratri Nostro Antonio Xaverio Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali de Gentilibus nuncupato, salutem et Apostolicam Benedictionem.*

MAGNITUDO tuæ devotionis, quam ad Nos et Romanam Ecclesiam geris, facit, ut ea, quæ ad ipsius tuæ devotionis augmentum cedere possunt, quantum Nobis cum Domino licet, favorabiliter concedamus. Ut igitur Tu in die Festo S. Hieronymi Confessoris, et Ecclesiæ Doctoris, postquam Nos in Liberiana Basilica a S. Sixto Papa III. Prædecessore Nostro dedicata, Altare Papale in ea olim a S. Paschale Papa I. erectum, et consecratum, et successivè a Clem. Papa III. novo superposito lapide, denuò pariter consecratum, nuper verò penitùs dirutum, et a Nobis magnificentius restitutum, apposita porphyretica Urna, in qua condita sunt Corpora SS. Martyrum Simplicii, Faustini, et Beatricis, unà cum argentea Capsula cum ossibus unius humani Corporis, sed sine nomine, prout reperta ibidem fuerat, solemni ritu, in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, inclusis in ejusdem Altaris Mensa Reliquiis Sanctorum Stephani Protomartyris, et Laurentii Martyris, conse-

cravimus; habita prius allocutione coram adstantibus plerisque Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, et Episcopis, ac enunciatæ Basilicæ Canonicis, inter quos ante Cardinalatus Dignitatem et Tu coöptatus fuisti, magnaque Populi frequentia, in præfato Papali Altari juxta Romani Pontificalis dispositionem, tanquam a Nobis specialiter, loco Dilecti Filii Nostri Hieronymi S. Angeli in Foro Piscium Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati præfatæ Liberianæ Basilicæ Archipresbyteri, Delegatus, Missam celebrare possis, Fraternitati Tuæ, pro hac vice dumtaxat, ipsa die, Missam ibidem, etiam in præsentia Nostra, celebrandi, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, et consuetudinibus dictæ Basilicæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, de gratia speciali, licentiam concedimus et indulgemus. ANNO 1750.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, et Indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo, decimo quinto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno XI. Dat. die 17. Sept. 1750.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

Allocutionem a Pontifice habitam ante Altaris Consecrationem, vide in Appendice.

XXXV.

# STATUITUR METHODUS

Servanda in Congregationibus Capitolinis super Causis Criminalibus Locorum Feudalium Populi Romani.

# BENEDICTUS PAPA XIV.

*Motu proprio.*

Providentia alias a Pontifice capta super legali regesto Resolutionum Conservatorum Urbis, et super autoritate Litterarum, quæ ab ipsis mittuntur.

BENCHE' altre volte con Nostro special Rescritto firmato dal Nostro Uditore li 26. Novembre 1744. siasi in qualche parte provveduto alla buona amministrazione della Giustizia nelle Cause de i Vassalli del Nostro Popolo Romano, ordinando, che tutte le Risoluzioni, che si fossero prese dalli Conservatori, pro tempore della Nostra Città di Roma circa le Materie Criminali appartenenti alli quattro Luoghi di Magliano, Core, Vitorchiano, et Barbarano, si dovessero non solamente scrivere dal Fiscale di Campidoglio negli stessi Processi Originali, che si trasmettono dalli Governatori, o Pretori di essi Luoghi, ma registrare ancora in un Libro a parte ben compatto, e rubricellato, da custodirsi, e conservarsi negli Atti Criminali di essi Conservatori; e che in oltre le Lettere da spedirsi per la esecuzione di dette Risoluzioni, si dovessero bensì comporre, e minutare dal suddetto Fiscale, ma però non dovessero firmarsi, e sottoscriversi, che da i soli Conservatori.

Novæ ordinationes pro recta methodo Congregationum Criminalium

§. 1. Volendo tuttavia in oggi provvedere con maggior pienezza, che la Giurisdizione sopra detti Luoghi, e Vassalli, quale, secondo la disposizione degli Statuti di Roma, appartiene a' soli Conservatori, non venga turbata, o preoc-

cupata da altri, come non rare volte è avvenuto in passato, in pregiudizio di detto Nostro Magistrato, e de' medesimi Vassalli; perciò di Nostro Moto Proprio, certa scienza, e Pienezza della Nostra Suprema Potestà, avendo quì per espresso, e di parola in parola inserto l'intero tenore de i suddetti Statuti, e Riformanze di Roma, e di qualunque Costituzione, Rescritto, Breve, o Moto proprio, sì Nostro, che de' Romani Pontefici Nostri Predecessori, e di ogni altra cosa, della quale fosse bisogno per la validità ed esecuzione del presente fare qualunque sia, anche speciale, e specialissima menzione. Anno 1750.

I. Vogliamo in primo luogo, ed ordiniamo, che dalli trè Conservatori, e Priore de' Capi Rioni pro tempore si debba tenere due volte almeno in ciascun Mese dopo la Congregazione Economica, oppure nel primo giorno susseguente non impedito, la Congregazione Criminale per li suddetti Luoghi, e Vassalli del Popolo Romano.

II. Che a questa Congregazione Criminale debbano intervenire il Fiscale, pro tempore di Campidoglio, e suo Sostituto Fiscale, il Segretario, ed un Professore Criminale, da eleggersi, e rimuoversi ad arbitrio di essi Conservatori.

III. Che in essa Congregazione debbano leggersi dal Segretario li Ricorsi, e Suppliche de' Vassalli, e parimente le Rappresentanze, le Lettere, e le Risposte de' Governatori Locali.

IV. Che similmente debba leggersi da esso Segretario qualunque altra Supplica, Ricorso, o Memoriale presentato nella Nostra Consulta, o nella Nostra Congregazione del Buon Governo, benchè sieno rimessi al Fiscale, o per informazione, o con altra qualsisia forma di Rescritto; come pure qualunque Ordine, o

PONT. A. XI. Lettera spedita da una, o l'altra di dette Congregazioni.

V. Che da essa Congregazione Criminale debbano prendersi quelle Risoluzioni, e farsi quei Decreti, e Rescritti, che converranno per giustizia, non solo per ultimazione, e final decisione di ciascuna Causa Criminale, ma anche per la retta tessitura, e per la legitima costruzione, et ordinatoria de' Processi.

VI. Che tutte le Risoluzioni, che si prenderanno, e tutti i Decreti, che si faranno, debbano immediatamente registrarsi dal suddetto Segretario in detto Libro particolare già da Noi ordinato con detto Nostro Rescritto delli 26. Novembre 1744., e volta per volta firmarsi, e sottoscriversi in esso Libro dalli Conservatori, e dal Fiscale.

VII. Che tutte le Lettere, che si spediranno alli Governatori, o Magistrati Locali, o in sequela di dette Risoluzioni, e Decreti, o in esecuzione degli Ordini della Consulta, o Buon Governo, anche per semplice informazione, debbano minutarsi, e comporsi dal Fiscale, ma scritte che sieno, debbano firmarsi, e sottoscriversi da i soli Conservatori, e senza la firma, e sottoscrizione di essi, non abbiano forza, e vigore alcuno.

VIII. E se mai seguisse qualche accidente, che ricercasse pronto, e subito provvedimento di modo, che non potesse aspettarsi il giorno della prima prossima Congregazione; che in tal caso, l'ordine, e provvedimento conveniente possa darsi dal più Anziano de' Conservatori, che si troverà in Roma, con Lettera da lui sottoscritta, ma però minutata, come sopra, dal Fiscale, e con il peso sì all' uno, che all' altro, di riferire il tutto nella prima Congregazione, affinchè venendo da questa approvata la Risoluzione presa da detto più Anziano, si faccia immediatamente registrare, e sottoscrivere,

come sopra, nel detto Libro particolare; e non essendo approvata, debba correggersi, e mutarsi, secondo la pluralità de' Voti. ANNO 1750.

IX. Che in questa Congregazione Criminale, così da Noi nuovamente istituita per il buon regolamento degli enunciati quattro Luoghi del Popolo Romano, li soli trè Conservatori pro tempore abbiano, e debbano avere il Voto decisivo; ed all' incontro il Priore de' Capi Rioni, il Fiscale, e suo Sostituto Fiscale, ed il Professore Criminale, che sarà assunto da detti Conservatori, non abbiano, nè debbano avere, che il solo, e semplice Voto consultivo.

X. E finalmente, che una copia della presente Cedola di Nostro Moto Proprio debba tenersi perpetuamente affissa, non solo nell' Offizio del Notaro Criminale di essi Conservatori in Campidoglio, ma ancora nelle Cancellarie di detti quattro Luoghi, affinchè non possa da veruno allegarsene ignoranza.

Procuratori Fisci et Camerae Capitolinae inhibetur quaelibet judicandi et decernendi facultas.

§. 2. E perchè è giunto a Nostra Notizia, che il più volte nominato Fiscale, benchè ordinato, e costituito dallo Statuto di Roma per mero, e semplice Procuratore del Fisco, e della Camera Capitolina, e perciò anche ammesso alla partecipazione delle pene, siasi nondimeno fatto lecito di assumere alcune volte le parti, e figura di Giudice; perciò ordiniamo, e comandiamo, tanto al moderno, quanto agli altri Fiscali, che saranno pro tempore, che non ardiscano per l' avvenire di fare alcun Decreto, ancorchè interlocutorio, o proferire alcuna Sentenza, o dare alcuna citazione, eziandio sotto il titolo e nome alternativo de i Conservatori, o del Fiscale, in Causa veruna Civile, criminale, o mista, che, secondo la forma del prelodato Statuto, in qualunque modo appartenga al Foro di essi Conservatori, sotto pena della Nostra indignazione; nella quale vogliamo ancora che cada ipso facto il Notaro, se mai ardisse di ricevere negli Atti suoi, e molto più,

PONT. A. XI.

se ardisse di leggere avanti il Fiscale somiglianti citazioni; essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulæ et derogationes opportunæ.

§. 3. Volendo, e decretando, che il presente Nostro Moto proprio colla semplice Nostra sottoscrizione vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, benchè non si registri in Camera, a tenore della Bolla di Pio Quarto Nostro Predecessore *de Registrandis*, bastandoci, che sia registrato nel solito Libro del Campidoglio dallo Scrittore del Nostro Popolo Romano, nè contro di esso possa mai da alcuno darsi di surrezione, orrezione, eccesso o difetto della Nostra volontà, e così, e non altrimente debba giudicarsi, e definirsi da qualsivoglia Giudice, tanto Ordinario, che Delegato, dalla Congregazione da Noi deputata sopra gl' interessi della Nostra Camera Capitolina, e da qualunque altro si sia Giudice di qualsivoglia preeminenza, dal Reverendissimo Nostro Cardinal Camerlengo, e da qualsivoglia altro Tribunale, benchè Collegiale, e che fosse necessario da esprimersi, togliendo Noi a loro, ed a ciascuno di essi particolarmente, con la Nostra Suprema Potestà, ogni e qualunque facoltà di poter giudicare, ed interpretare il contrario di quanto si dispone nel presente Nostro Moto proprio. Non ostante la regola della Nostra Cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsisiano altre Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche Nostre, e de' Sommi Pontefici Nostri Predecessori, la detta Bolla di Pio IV. *de Registrandis*, e qualsisiano Statuti, Regole, Usi, Stili, e Consuetudini, e qualunque si siano altre cose, che facessero, o in qualunque modo potessero fare in contrario; delle quali cose tutte, benchè contenessero derogatorie di derogatorie, e fossero degne di speciale, ed individual menzione, avendone il tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, a tutte, e singole le suddette cose, per questa volta so-

lamente

lamente, e per l' effetto suddetto pienamente, ed ampliamente deroghiamo. Anno 1750.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico del Quirinale, questo dì 5. Dec. 1750. Dat. die 5. Dec. 1750.

BENEDICTUS PAPA XIV.

## CONFIRMATIONIS XXXVI.

Sacramentum infirmis in Archi-Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe degentibus, conferri possit a Præceptore, seu Commendatario in Episcopali dignitate constituto, vel ipso, aut Priore mandante, ab alio quocumque Catholico Antistite, nullius alterius obtenta licentia.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Magister Octavius Bufalini Præceptor, seu Commendatarius Archi-Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, quod aliàs fel. rec. Nicolaus PP. IV. Prædecessor Noster per quasdam suas sub Plumbo, Sexto Nonas Martii, Anno ejus Tertio, expeditas Litteras concessit, et indulsit, ut Magister, seu Præceptor, aut Commendatarius, ac Fratres, seu Canonici dicti Archi-Hospitalis pro tempore existentes, utriusque sexus Infantes in illo expositos, et pro tempore exponendos, de Sacro Fonte renatos, per quemcumque quem maluerint, Catholicum Antistitem, gratiam et communionem hujus Apostolicæ Sanctæ Sedis habentem, confirmari facere valerent, et aliàs prout in dictis Litteris, quarum tenorem Infantes in Hospitali S. Spiritus expositi confirmari possunt a quocumque Cath. Antistite, de mandato Præceptoris, seu Canonicorum, ex Indulto Nicolai PP. IV.

PONT. A. XI.

præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

Simile Indultum petitur pro Infirmis.

§. 1. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, interdum accidere soleat, ut inter tot Infirmos, qui ad memoratum Archi-Hospitale, ut ex eorum morbis, aliisve corporis infirmitatibus mederi possint, accedunt, aliquis magno cum vitæ periculo inveniatur, qui in provecta etiam ætate constitutus sacra Confirmatione minimè inauguratus existat, ita ut illam, omni dilatione postposita, etiam intempestivè conferre necesse sit, ac propterea dictus Magister Octavius Præceptor, seu Commendatarius, ut hujusmodi necessitati consulère valeat, indultum prædictum favore infantium expositorum, sicut præmittitur, concessum, etiam ad Infirmos per Nos extendi plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, et ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex annuit, ut de mandato Præceptoris vel Prioris, nullius alterius, obtenta licentia, confirmari possint a quocumque Cath. Antistite.

§. 2. Nos igitur ipsum Octavium Præceptorem, seu Commendatarium specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Octavio moderno, nec non pro tempore existenti Præceptori, seu Commendatario, vel Priori Archi-Hospitalis prædicti, ut ipsi, vel aliquis eorum, Infirmis ad illud pro tempore accedentibus, si sacra Confirmatione inaugurati non fuerint, illam, si necessitas id postulaverit, a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam et communionem Sedis prædictæ habente, nullà etiam a quocumque obtenta licentia, Sacram Confirmationem conferri facere; si Præceptorem verò, seu Commendatarium in Episcopali

Dignitate constitutum esse contingat, illam per ꞏeipsum conferre, liberè, et licitè possint, et valeant, respectivè facultatem, et auctoritatem, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

*Anno 1751.*

*Vel ab ipso Præceptore in Episcopali dignitate constituto.*

§. 3. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Clausulæ.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

*Dat. die 12. Jan. 1751.*

*D. Card. Passioneus.*



XXXVII.

# DAMNATIO

Et prohibitio Libri, cui Titulus : *Lettres avec ces mots latins : Ne repugnate vestro bono etc. Senec. de constantia Sap. cap.* 19. *à Londres* 1750.; et Libelli inscripti : *La voix du Sage, et du Peuple. A Amsterdam chez le Sincere, MDCCL.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Liber et Libellus intus enunciati in Congreg. S. Officii examinati damnantur, et legi ac retineri prohibentur, sub pœna excommunic. Pont. reservatæ.

CUM, sicut accepimus, in lucem prodierint Liber quidam Gallico Idiomate editus, cui titulus : *Lettres avec ces mots latins : Ne repugnate vestro bono etc. Senec. de constantia Sap. c.* 19. *à Londres* 1750.; et Libellus inscriptus : *La voix du Sage, et du Peuple. A Amsterdam chez le Sincere MDCCL.* et Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales in toto Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita Libri, Libellique hujusmodi censura sibi relata, illos, tanquam continentes Doctrinam, ac propositiones respectivè falsas, erroneas, temerarias, scandalosas, Ecclesiasticis juribus injuriosas, de Schismate, ac de Hæresi suspectas, et aliàs a Sede prædicta damnatas, respectivè, prohibendos, et condemnandos esse censuerint; hinc est, quod Nos, creditum Nobis a Domino Pastoralis curæ, et vigilantiæ munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu

Proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, supradictos Librum, et Libellum, ubicumque, et quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressos, aut in posterum, quod absit, imprimendos, tenore præsentium damnamus, et reprobamus, ac legi, et retineri prohibemus, ipsorumque Libri, ac Libelli impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, et usum, omnibus singulis Christifidelibus, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere queat, omnino interdicimus: Volentes, et auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum, Libellumque prædictos penes se habuerint, illos, statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi verò exemplaria sibi sic tradita, illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eædem præsentes Litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, et auctoritate præfata decernimus, illas ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic verò publicatas, omnes, et singulos, quos concernunt, perindè afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent; ipsarum autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu ali-

Anno 1751.

Præsentium publicationis effectus, et exemplorum auctoritas.

PONT. A. XI. cujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Dat. die 25. Jan. 1751. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Jan. MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

*D. Card. Passioneus.*

*Publicata die 27. ejusdem Mensis, et Anni.*

XXXVIII.

## DE PERTINENTIA

Causarum de damno dato tam in prima quàm in ulterioribus Instantiis; et intra quod tempus eædem introducendæ, finiendæ, quibusque legibus dijudicandæ sint: Item de integra præstatione pœnarum Communitatibus Ditionis Ecclesiasticæ debitarum; ac Judicum, Officialium, et Executorum emolumentis.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. *INVETERATA Reipublicæ incommoda, quantum Nobis ex alto conceditur, idoneis rationibus emendare, ac submovere cupientes, quoties multi-*

*plices in uno aliquo rerum genere querelas populorum audimus, aut publicas, privatasque controversias eadem sæpe de causa agitari intelligimus, ad ipsa rerum primordia penitùs introspicienda, cognoscendasque Leges, quibus earum administratio continetur, opportunam diligentiam adhibere non recusamus, ut omnibus maturè perpensis, totum illud Juris caput rectè ordinatum et constitutum, nostris æque, ac futuris temporibus exhibeamus.* ANNO 1751.

*Hanc sanè providentiam nuper a Nobis expetere visa sunt innumera litium et vexationum incommoda, quibus tam publica Communitatum Ditionis Nostræ Æraria, eorumque Curatores, et Administratores, quàm ipsas privatas Subditorum personas, propter Judicia de damno dato, frequenter subjacere comperimus: dum vel hujusmodi Causarum pertinentia disceptatur inter eos Judices, quibus, aut pœnarum exactio, aut localis jurisdictio, aut personarum, prædiorum, vel pecudum legitima quædam defensio, ac primitiva potestas est attributa; indeque levissimi sæpe momenti quæstio magnum excitat, fovetque jurgiorum et controversiarum incendium; vel etiam, personalibus, atque realibus pœnis simulque pecuniariis mulctis, aliisque pensitationibus, ultra modum auctis, et cumulatis, nulloque termino hujusmodi actionibus atque Judiciis imposito, privatorum gravamina, sine publicæ utilitatis augmento, in immensum crescere dignoscuntur. His omnibus de medio tollendis, ac respectivè intra æquitatis et justitiæ limites coërcendis, animum libenter adjicimus; audilisque Virorum juris peritia et rerum usu præstantium sententiis, plura in rem opportuna remedia comparavimus, quæ latè exposita sunt in quadam Schedula Nostri Motus Proprii, superioribus diebus Chirographo Nostro subscripta, cujus tenorem hic per extensum subjicimus, videlicet:*

Causæ præsentis Constitutionis edendæ.

Pont. per Schedulam Motus proprii statuit, ut infra.

Pont. A. XI.

# BENEDICTUS PAPA XIV.

*Motu proprio etc.*

Sixtus V. Cameræ Apostolicæ univit pœnas damnorum datorum, cum deputatione Commissarii, qui etiam Causas cognosceret.

Altre volte Sisto Papa V. Nostro Predecessore, considerando, che le Comunità dello Stato Ecclesiastico, e loro Ufficiali, per diversi umani risguardi trascuravano di esigere le Pene de' Danni dati, benchè providamente imposte dagli Statuti, e Leggi municipali, oppure stabilite per lunga, e lodevole consuetudine; dismembrò da esse Comunità le Pene suddette, ed ogni Diritto di esigerle, ed avendole applicate alla Camera Apostolica, eresse di nuovo un Uffizio di Commissario Generale dei Danni dati, concedendo al medesimo non solo il Diritto, e la facoltà di esigere le dette Pene secondo la forma delli Statuti, e consuetudini di ciaschedun Luogo, contro qualunque persona di qualsivoglia stato, grado, o condizione, tanto Secolare, quanto Ecclesiastica; eccettuati solamente i Cardinali della Santa Romana Chiesa, gli Affidati nella Dogana del Patrimonio, ed altri pochi privilegiati secondo la forma de' loro respettivi Privilegj; ma ancora la Cognizione, e Giurisdizione di tutte le Cause attinenti ad essi Danni, come apparisce più largamente dalla di lui Costituzione pubblicata li 9. Aprile 1588. che incomincia: *Romani Pontificis*, e dalle Dichiarazioni, ed Ordini in essa inseriti.

Clemens VIII. suppressit Officium dicti Commissarii, et pœnas Communitatibus Status Pontificii applicavit

§. 2. Lo sperimento, che si fece negli anni susseguenti di questo nuovo provvedimento, dimostrò, che il medesimo riusciva alli Popoli per diversi motivi di notabile aggravio; perlochè Clem. VIII. altro Nostro Predecessore sotto il giorno 10. Maggio 1592. soppresse del tutto il riferito Uffizio di Commissario Generale, e per titolo veramente oneroso, cioè per l'annua risposta di scudi ventiseimila moneta, e

di scudi quattrocent' ottanta d' oro, appropriò nuovamente alle Comunità dello Stato tutte le pene dei danni dati, insieme con gli Emolumenti degli Archivj, surrogando esse Comunità in luogo della Camera Apostolica, con tutt' i Privilegj conceduti da Sisto al suddetto Commissario Generale, come risulta da detta sua Costituzione, che incomincia: *Ad Summi Apostolatus*. Anno 1751.

§. 3. Ma perchè in essa Costituzione di Clemente nulla si espresse circa la Cognizione, e Giurisdizione delle Cause attinenti a' detti Danni; quindi è, che in progresso di tempo, ed ancor oggi, sono insorte, ed insorgono tutto dì questioni innumerabili, e specialmente, se la Causa appartenga al Foro Ecclesiastico, oppure al Foro Secolare; e nello stesso Foro Secolare, se appartenga al Governatore, e Giusdicente, oppure al Magistrato del Luogo, con gran ritardo della Giustizia, pregiudizio delle Comunità, e disturbo de' Popoli. Lo che avendo Noi più volte considerato, e particolarmente in occasione di una Causa della Città di Alatri, che fu proposta nella Segnatura di Grazia da Noi tenuta li 12. Maggio del caduto anno 1750. Ci siamo similmente determinati di dare anche per queste Cause un certo, fisso, e stabile regolamento; conciosiacchè sebben esse per lo più sono di lievissimo momento, nondimeno per essere oltre modo frequenti, turbano grandemente la quiete, e tranquillità pubblica, onde hanno giustamente meritato in ogni tempo, ed in luogo, la cura, e provvidenza de' più saggi Legislatori.

In Constitutione Clem. VIII. nihil statutum fuit de causarum cognitione, et ob id frequenter occurrunt controversiae.

§. 4. Per tanto di Nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra Apostolica Autorità, inerendo alle riferite Costituzioni dei detti Nostri Predecessori, ed alle risoluzioni altre volte prese nei Casi occorrenti dalla Nostra Congregazione dell' Immunità, e dall' altra de' Sgravj, e Buon Governo, in quelle parti però, che non sono contrarie, o difformi dal presente

Pont. ideo Motu Proprio statuit ut infra.

I. Confirmat fa-

PONT. A. XI. vore Communitatum applicationem pœnarum Clement. VIII. factam.

Nostro Moto proprio, confermiamo primieramente in favore delle Comunità del Nostro Stato l'appropriazione, ed applicazione di tutte, e singole Pene tanto imposte, che da imporsi, per causa di danni dati, dichiarando a quelle sottoposte tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, o condizione, tanto Secolari, come Ecclesiastiche, eccettuati solamente i Reverendissimi Cardinali, gli Affidati nelle Dogane del Patrimonio, e gli altri pochi eccettuati nella detta Costituzione di Sisto V., secondo la forma dei loro respettivi Privilegj, dichiarati, e riformati più volte nelle riforme di Urbano VIII. Innocenzo XI., e Innocenzo XII. parimente Nostri Predecessori, ai quali non intendiamo in verun modo di derogare.

II. Decernit quando cognitio causæ spectet ad Forum Ecclesiasticum.

§. 5. Affinchè poi si sappia quando la Causa appartenga al Foro Ecclesiastico, e quando al Foro Secolare, vogliamo, ed ordiniamo, che quante volte verrà accusata, querelata, o denunziata di danno dato alcuna persona Ecclesiastica, oppur anche un Laico, quale sia vero Famigliare, o Ministro del Vescovo Diocesano, e non semplice Patentato, oppur sia Colono parziario, che viva per la maggior parte dell' anno dei beni e rendite della Mensa Vescovile, o che per altro titolo, e ragione sia, e debba essere esente, secondo la disposizione de' Sacri Canoni, e delle Costituzioni Apostoliche, dalla Giurisdizione del Foro Laicale; la cognizione di tal Causa, tanto in prima, che in ogni altra istanza, privativamente spetti al Foro Ecclesiastico; ancorchè gli Animali, colli quali è stato dato danno, sieno di Persona Laica, ed i beni danneggiati parimente appartengano a' Laici.

III. Et quando ad Forum Laicale.

§. 6. All' incontro essendo accusata, querelata, o denunziata di aver dato danno alcuna persona Laica, o anche un Chierico di Ordini Minori, quale, secondo il Concilio di Trento, non goda il privilegio del Foro Ecclesiastico. Se il Danno sarà stato dato sulli beni dei Laici,

e cogli Animali parimente dei Laici, la cognizione della Causa dovrà appartenere privativamente tanto in prima, che in ogni altra istanza al Foro, e Giudice Laicale, ancorchè la Persona, come sopra querelata, o denunziata, sia Ministro, oppur Colono di alcuna Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica, purchè non sia Colono del Vescovo, e sua Mensa, come si è detto di sopra. ANNO 1751.

§. 7. Ma se la Persona Laica colli proprj Animali, o di altri Laici, avrà dato danno nei beni di alcuna Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica, la Causa sarà di Misto Foro, e dovrà in essa procedere quel Giudice o Ecclesiastico, o Laico, che avrà prevenuto. Volendo, e dichiarando, che per tal effetto si attenda primieramente, com' è di ragione, la cattura della Persona; in secondo luogo quella degli Animali, o del Pegno; in terzo luogo la querela, ed accusa del Danneggiato; ed in ultimo la denunzia del pubblico Ufficiale.

IV. Quando verò causa sit mixti Fori, ac locus sit præventioni.

§. 8. Qualora poi il danno sarà stato dato da Persona Laica, e nei beni de' Laici, ma però cogli Animali, di qualche Chiesa, Luogo Pio, o Persona Ecclesiastica; in tal caso, conciliando con opportuna distinzione le tante opinioni dei Dottori, e forse anche de' Tribunali, se sarà querelato, arrestato, o pignorato il solo Custode, e Pastore Laico, vogliamo, che la Causa appartenga privativamente al Foro Laicale; se saranno arrestati, ricondotti, o pignorati li sol Animali, vogliamo, che la Causa privativamente spetti al Foro Ecclesiastico; ma se saranno unitamente arrestati, e pignorati il Custode Laico, insieme cogli Animali, o parte di essi, vogliamo, che sia in arbitrio, ed elezione di colui, che sarà stato danneggiato, lo esperimentare le sue ragioni o nel Foro Ecclesiastico, o nel Foro Secolare; con che però comparendo avanti il Giudice Laico, debbano da questo immediatamente dimettersi, e rilasciarsi gli Animali degli Ecclesiastici, senza pagamento alcuno

V. De casu damni dati a Laico in Donis Laicalibus cum animalibus Ecclesiasticorum.

PONT. A. XI. nè per il Decreto, nè per il Mandato di rilasso, cosicchè resti solamente la Causa contro il Pastore Laico nel Foro Laicale; ed all' incontro comparendo il Danneggiato avanti il Giudice Ecclesiastico, debbano a disposizione di questo ritenersi bensì gli Animali, ovunque siano stati ricondotti da principio; ma però rilasciarsi immediatamente, e senza pagamento alcuno il Pastore Laico, e che la Causa resti nel Foro Ecclesiastico sopra i soli Animali. Volendo, ed ordinando, che la prima comparsa del Danneggiato avanti l'uno, o l'altro Giudice, debba servire, e si abbia per sufficiente, e legittima dichiarazione della sua volontà, senza che possa più variare da un Foro all' altro.

VI. Quænam Bona reputentur Ecclesiasticorum, et quæ non.

ciocchè siasi delle ragioni portate dai predetti Autori per confermare il loro assunto, alle quali non sarebbe molto difficile il rispondere adeguatamente, se la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia fu con precetto ordinata da Innocenzo III. *nel cap. Ex parte, de Observantia Jejuniorum*, ove sopì la controversia insorta, e mossa da taluni, che volevano, non doversi fare la Vigilia, nè digiunare in onore di S. Mattia, per la ragione che, quantunque fosse stato Appostolo, non era però stato chiamato a dirittura dalla voce di Cristo; se prima d'Innocenzo III. il Pontefice Alessandro III. interrogato da quelli, che anche in quel tempo osservano la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia, come dovevano regolarsi nell' anno Bissestile, rispose, dover mai sempre la Vigilia celebrarsi nel giorno precedente alla Festa, eccettuato il caso, in cui cadesse nel giorno di Domenica: *Festum Beati Mathiæ, juxta consuetudinem Ecclesiarum, Vigilia eatenus præcedat, ut nec pro bissexto, nec quolibet alio modo, inter se, et solemnitatem, aliam diem admittat; in qua utique, nisi Vigilia venerit in Dominica die, Jejunium celebretur*: com si legge *nel cap. Quæsivit §. Festum, de Verborum significatione*, Decretale dello stesso Pontefice riferita ancora nell' Appendice al Concilio terzo Lateranense *cap.* 22. *pag.* 1718. *num.* 10. *de' Concilj* della Collezione Labbeana, e altresì appresso il Martene *de Antiquis Ecclesiæ Ritibus tom.* 3. *lib.* 4. *cap.* 31. *num.* 23. Non vi vuol molto a comprendere, non potere l'autorità Ordinaria trasportare al Sabbato precedente la Vigilia di S. Mattia, ancorchè cada nell' ultimo giorno del Carnevale; non potendo l' autorità Ordinaria o derogare, o disponere nelle cose stabilite da' Romani Pontefici, e dal Diritto Canonico, come si è da Noi dimostrato nel nostro Trattato *de Synodo Diœcesana al lib.* 7. *cap.* 30.

ANNO 1751.

nel caso, di cui si tratta, per l'opposizione del Jus comune Ecclesiastico.

PONT. A. XI.

Pontifex Epiſcopis petentibus concedit facultatem transferendi hoc anno jejunium vigiliæ S. Mathiæ in Sabbatum Sexageſimæ.

§. 11. Sic itaque a Nobis responsum fuit Epiſcopis, ac Prælatis, a quibus rogati fuimus, num ipſi Vigiliam Sancti Mathiæ ad præcedens Sabbatum transferre poſſent; quibus tamen adjunximus, quod quum Pontificia Auctoritas Noſtra eo pertingat, quo Ordinaria eorum Auctoritas pervenire nequit, Nos eisdem libenter licentiam et facultatem impertiebamur, ad hoc ut hoc anno Vigiliam cum jejunio Sancti Mathiæ anticipare poſſent, eandemque in Sabbato Sexageſimæ celebrandam ſtatuere; et ſic illam ab ea die, quæ Sancti Mathiæ Feſtum immediatè præcedit, pro hac vice diſjungere; cùm ſatis ſuperque perſuaſum Nobis ſit, ſi eadem in ultimo Bacchanaliorum die celebrari deberet, Eccleſiaſtici præcepti transgreſſionem penè inevitabilem fore. Præterquamquod penitùs perſpectum habemus, quantum Nobis onus incumbat, ut omnem Fratribus Noſtris operam, atque adjutricem manum præſtemus ad procul arcendas ab eorum Diœceſibus Dei offenſiones.

Alia diſciplinæ capita, ad tollendas transgreſſionum et peccatorum occaſiones, immutantur.

§. 12. Notum unicuique eſt, ab Apoſtolorum uſque temporibus in more fuiſſe, ut in Eccleſiis honeſta illa convivia haberentur, quæ Agapæ dicebantur, quæque a Tertulliano *in suo Apologetico cap.* 39. tam belle deſcribuntur. Notum pariter eſt, illos, qui ab iis frequentandis ſe abſtinebant, a Communione Fidelium ſegregari conſueviſſe. Quam etiam ob cauſam hæreticorum Euſtathianorum agendi ratio in Synodo Gangrenſi *Can.* 11. damnata fuit. Notum tandem etiam eſt, propter abuſus, quos in Agapis exoriri animadverſum fuit, easdem tum a Concilio Laodiceno *Can.* 28., tum a Concilio III. Carthaginienſi *Can.* 30. interdictas fuiſſe. Quiſquis prædictam Eccleſiaſticæ diſciplinæ rationem ac methodum ea, qua par eſt, attentione ſecum reputando, animadvertet, eandem minimè dubitaſſe antiquam Apoſtolicam conſuetudinem, propter ea, quæ incommoda, et abſurda eveniebant, omnino abrogare, non erit, cur quidquam mirari debeat, ſi ad eos præca-

ANNO 1751.

§. 11. Così abbiamo risposto ai Vescovi, e Prelati, che ci hanno richiesto, se potevano trasportare la Vigilia di S. Mattia al Sabbato precedente: senza però lasciare d' insinuare loro, che arrivando la nostra autorità Pontificia a quel segno, a cui non arriva la di loro autorità Ordinaria, ben volentieri davamo loro la licenza di potere in quest' anno anticipare la Vigilia di S. Mattia col digiuno, facendola celebrare nel Sabbato di Sessagesima, e così staccandola per questa volta dal giorno immediato precedente alla Festa di S. Mattia; essendo pur troppo persuasi, che dovendosi fare nell' ultimo giorno del Carnevale, sarebbe quasi inevitabile la trasgressione del Precetto Ecclesiastico, ed essendo anche convinti dell' obbligo, che abbiamo, di dare tutto l' ajuto, e la mano ai nostri Fratelli, acciò tengano lontane dalle loro Diocesi le offese di Dio.

Il Pontefice concede la facoltà a' Vescovi, che ne hanno fatta istanza di trasferire in quest' anno il digiuno della Vigilia di S. Mattia nel Sabbato della Sessagesima.

§. 12. E' noto a ciascuno, che sino da' tempi Apostolici nelle Chiese si facevano quegli onesti conviti, chiamati *Agape*, così ben descritti da Tertulliano *nel suo Apologetico al cap.* 39. E' noto altresì, che segregavansi dalla comunione de' Fedeli quelli, che si astenevano dal frequentarli; pel qual motivo fu anche detestata la condotta degli Eretici Eustaziani nel Sinodo Gangrense *al Can.* 11. Ed è noto finalmente, che per gli disordini, che s' incominciarono a scorgere nelle Agape, furono le stesse proibite dal Concilio Laodiceno *al Can.* 28. e dal Concilio terzo Cartaginese *al Can.* 30. Chiunque rifletterà colla dovuta attenzione alla sopraddetta condotta dell' Ecclesiastica disciplina, che pe' disordini seguiti, non ha avuto difficoltà di levare per sempre un' antica Apostolica usanza, non dovrà punto maravigliarsi, se, in vista d' irreparabili disordini, non per sempre, ma per una volta sola, si varia il giorno del digiuno, restando però l' obbligo di doverlo adempire

Alcuni capi di disciplina vengono mutati per togliere le occasioni de' peccati, e trasgressioni.

PONT. A. XI.

vendos abusus, qui nulla ratione evitari possent, non ad perpetuum quidem tempus, sed pro unica tantùm vice, in die jejunii variatio fiat, remanente tamen obligatione, ut idem jejunium in subrogata die adimpleatur. Aliis profectò, atque aliis compluribus uti potuissemus exemplis graviorum etiam derogationum circa Ecclesiastica præcepta inductarum, aut concessarum, quæ in Ecclesiæ Annalibus occurrunt: verùm illud de Agapis, tamquam convenientius et huic proposito conjunctius selegimus, quoniam in eo, non secùs ac in nostro casu, de præcavendis gulæ excessibus agebatur.

Ecclesiasticis tamen Sæcularibus et Regularibus commendat observationem jejunii, ipso die Vigiliæ.

§. 13. Dùm autem supradictis Episcopis, ac Prælatis respondimus, iisdem studiosè mandavimus, ut Ecclesiasticos Sæculares, ac Regulares hortarentur, ne anticipatione jejunii uti vellent, sèd ut ipso die Vigiliæ S. Mathiæ, ultimo videlicet Bacchanaliorum die jejunarent, cum minimè existimandum sit, eos in Bacchanalium intemperantiis immersos esse, sicut laici homines ut plurimum sunt.

Præmissa omnia pro cunctis Ecclesiasticæ Ditionis locis Episcoporum arbitrio permitit.

§. 14. Hæc igitur per Nos responsa data sunt iis, qui scire cupientes, quænam per hunc annum ratio circa ultimum Bacchanaliorum diem in quem Sancti Mathiæ Vigilia incidit, adhibenda foret, rem ad Nos detulerunt. Nunc eadem omnia per Epistolam hanc Nostram Archiepiscopis, et Episcopis Temporalis Ditionis Nostræ nota facimus, ut si quis eorum metuat, ne in sua Civitate, vel Diœcesi, ultimo Bacchanaliorum die præceptum jejunii violetur, eo uti remedio possit, quod a Nobis indicatum est, eodemque modo ac forma, quæ desuper expressa fuit; qua quidem in re Nos illi amplam facultatem concedimus, et impertimur: sin autem id minimè metuatur, hujusmodi res in suo naturali cursu relinquatur. Tuis interim, Venerabilis Frater, precibus Nos commendantes, Tibi, Gregique tuo Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

nel giorno surrogato. Ci saremmo potuti prevalere di molti, e molti altri esempj di deroghe ancora più forti ai precetti Ecclesiastici, che s' incontrano negli Annali della Chiesa; ma abbiamo prescelto quello delle Agape, come più prossimo, ed adeguato al caso nostro, giacchè in quello, ed in questo si tratta del vizio della gola.

ANNO 1751.

§. 13. Rispondendo ai sopraddetti Vescovi, e Prelati, abbiamo loro di più incaricato l' esortare gli Ecclesiastici Secolari, e Regolari, a non prevalersi del l'anticipazione del digiuno, ma a digiunare nella vera Vigilia di S. Mattia, che è lo stesso, che dire nell' ultimo giorno del Carnevale: non dovendosi credere di loro, che siano immersi ne' disordini carnevaleschi, come per lo più sono i Secolari.

Si raccomanda però agli Ecclesiastici Secolari, e Regolari l' osservanza del digiuno nel giorno stesso della Vigilia.

§. 14. Ecco quanto abbiamo risposto a chi è ricorso a Noi, per sapere come doveva regolarsi quest' anno nell' ultimo giorno di Carnevale, in cui cade la Vigilia di S. Mattia. Ora con questa nostra notifichiamo il tutto agli Arcivescovi, e Vescovi del nostro Stato, acciò taluno di loro temendo nella sua Città, o nella Diocesi, la trasgressione del precetto del digiuno nell' ultimo dì del Carnevale, possa prevalersi del remedio additato, nel modo e forma di sopra espressi, dandogli in ciò un' ampla licenza; e quando di ciò non tema, lasci l' affare nel suo corso naturale. E mentre ci raccomandiamo alle vostre orazioni, Venerabile Fratello, diamo a Voi, ed al Gregge alla vostra cura commesso l'Apostolica Benedizione.

Le cose anzidette si permettono per tutti i Luoghi del Dominio Ecclesiastico, ad arbitrio de' Vescovi.

Pont. A. XI. Dat. die 30. Jan. 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxx. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

XL.

# DE EXTRACTIONE

Reorum ad Sacræ Inquisitionis Officium spectantium a Locis immunibus, ad quæ fortè confugerint.

*Epistola Encyclica ad Inquisitores contra Hæreticam pravitatem deputatos.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Capita quædam Constitutionis circa Immunitatem localem nuper editæ referuntur.

Elapso proximè Anno MDCCL. edita a Nobis fuit Apostolica Constitutio, data Idibus Martii, cujus initium est *Officii Nostri*, quæque agit de locali Ecclesiarum immunitate. In ea Nos Decessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Gregorii XIV., Benedicti XIII., et Clementis XII. Constitutionibus inhærentes, sublatis de medio quibusdam cavillationibus et subterfugiis, quibus earum executio impediebatur, decrevimus, atque statuimus, ut is, qui criminis excepti reus foret, si quando in immunem locum confugeret, extrahi ab eo deberet, quotiescumque indicia ad torturam sufficientia haberentur, quæ delictum comprobarent; utque præterea, extractio non nisi auctoritate Episcopi, et cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputandæ fieri deberet; ac demum, ut dum Curiæ Sæculari traditio fieret, indicendæ censuræ essent, ab eadem incurren-

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxv. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

Anno 1751. Data il dì 30. Gen. 1751.

# SOPRA L' ESTRAZIONE

XL.

De' Rei spettanti al Tribunale della Sagra Inquisizione da' Luoghi immuni, in cui siensi refugiati.

*Lettera Enciclica agl' Inquisitori del Sant' Offizio.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Si riferiscono alcuni Capitoli della Costituzione di recente pubblicata circa l'Immunità locale.

FU da Noi *sotto li* 15. *di Marzo dell' anno passato* 1750. pubblicata una Costituzione, che incomincia *Officii nostri*, sopra l' Immunità locale delle Chiese, nella quale inerendo alle Costituzioni de' nostri Predecessori Gregorio XIV., Benedetto XIII., e Clemente XII., dopo aver tolto di mezzo alcune cavillazioni, ed alcuni sutterfugj, co' quali se ne impediva l' esecuzione, dichiarammo, che, ricoverandosi qualche reo di delitto eccettuato in luogo immune, ne dovesse esser' estratto, ogni qual volta vi fossero indizj sufficienti alla tortura, comprovanti il delitto; che l'estrazione non si dovesse fare, che coll' autorità del Vescovo, ed intervento di persona Ecclesiastica, da deputarsi da lui; e che facendosi la consegna alla Curia Secolare, se le intimassero le censure da incorrersi, se l' Estratto non fosse restituito alla Chiesa, ogni volta che nel progresso della Causa avesse pur-

PONT. A. XI.

dæ, niſi Extractus Eccleſiæ reſtitueretur; quoties ab eodem in progreſſu Cauſæ purgata fuiſſent indicia, ex quibus ipſe patrati delicti reus arguebatur. Quia verò memorati Deceſſores Noſtri decreverant, extractionem a loco immuni non niſi a ſolis Epiſcopis, aut a Prælatis, qui eisdem ſuperiores eſſent, fieri debere, excluſis inferioribus, licet Ordinariis, *ac Nullius Diœceſis*, et ſeparatum Territorium habentibus, quo in caſu extractio ad viciniorem Epiſcopum devolveretur; idem a Nobis pariter in citata Conſtitutione Noſtra decretum fuit.

Dubium ſuper extractione Reorum criminis Hæreſis a locis immunibus, ad quæ vel ante carcerationem, vel a Carceribus elapſi, vel ad pœnam damnati, confugerint.

§. 1. Hæreſeos crimen, ut probè compertum habetis, exceptum crimen eſt, quique illius eſt reus, Aſylo Eccleſiæ minimè gaudet, iis etiam inhærendo, quæ in Conſtitutione Gregorii XIV., qua Immunitatis localis regula ac norma præſcribitur, decreta fuerunt. Cum autem in Congregatione S. Inquiſitionis Feria quinta die 28. Januarii vertentis anni 1751. coram Nobis de more habita, excitatum dubium fuiſſet, quæ ratio ſervanda, et qui modus adhibendus eſſet, quoties reus Hæreſeos extrahendus eſſet ab Eccleſia, ad quam confugiſſet, ne in carcerem duceretur, ſive cum ex vinculis, quibus tenebatur, aut ex triremibus, aliove loco, ad quem relegationis, aut operis faciendi cauſa damnatus fuerat, fuga evaſiſſet, Nobis, qui præcedenti anno memoratam Conſtitutionem condidimus, reſervavimus, ut ſuper hujuſmodi re pronunciaremus; quod nunc per ea, quæ ſubjicimus, præſtare intendimus.

Diſtinguuntur caſus.

§. 2. Aut agitur de hæreſeos crimine, quæ præcipua Tribunalis Sancti Officii inſpectio eſt; aut de aliis exceptis criminibus, quæ immunitate non gaudent; aut de aliis criminibus, quæ minimè excepta ſunt, et quæ immunitate gaudent, ſed ideo ad id Tribunal pertinent, quod ab aliquo ex illis commiſſa ſint, qui, utpote ipſius Tribunalis juriſdictioni ſubjecti, judicium illius ſubire debent.

gati gl' indizj, ch' erano contro di lui. E perchè i sopradetti nostri Predecessori avevano stabilito, che l'estrazione dal luogo immune non si facesse, che da' soli Vescovi, o Prelati Superiori ad essi, esclusi gl' inferiori, benchè Ordinarj, e benchè *Nullius Diœcesis*, ed aventi territorio separato; nel qual caso l'estrazione si devolvesse al Vescovo viciniore; Noi pure nella citata nostra Costituzione stabilimmo lo stesso. ANNO 1751.

**Dubbio sopra l' estrazione de' Rei di delitto ereticale da' luoghi immuni, a' quali o innanzi la carcerazione, o dopo la fuga dalle carceri, o dopo la condanna siensi refugiati.**

§. 1. Come ben sapete, il delitto dell' Eresia è delitto eccetuato, ed il reo non gode l' asilo della Chiesa, anche camminando colla Costituzione di Gregorio XIV. regolativa dell' Immunità locale; ed essendosi nella Congregazione della S. Inquisizione, tenuta secondo il solito avanti di Noi nella Feria quinta, *giorno* 28. *di Gennajo del corrente anno* 1751. eccitato il dubbio, come dovesse praticarsi, ed in qual modo dovesse farsi l'estrazione di un Reo d'Eresia dalla Chiesa, in cui si fosse ricoverato, o per non esser posto prigione, o essendone fuggito dopo l' arresto, o pure, condannato alla galera, o *ad opus*, o punito con altra pena di relegazione, si fosse posto in Chiesa; riservammo a Noi, che nell' anno precedente facemmo l' accennata Costituzione, il dare sopra ciò la nostra risoluzione, che è la seguente.

**Distinzione de' casi.**

§. 2. O si tratta di delitto di Eresia, che è la principale ispezione del Tribunale del Sant' Offizio; o si tratta d' altri delitti eccettuati, e che non godono immunità; o pure d'altri delitti, quali non sono eccettuati, e che godono immunità, ma che appartengono al Tribunale, essendo stati commessi da qualcheduno di quelli, che essendo sottoposti alla sua giurisdizioni, devono essere giudicati da lui.

PONT. A. XI.

Hæretici, et Apostatæ a Fide, immunitate locali non gaudent, et ab Inquisitoribus extrahendi sunt.

Servata tamen reverentia sacris locis debita; et certiorato, vel ante, vel post, Ordinario.

§. 3. Si de crimine Hæreseos agitur, cum a Decessore Nostro Joanne XXI., qui XXII. dictus est, in sua Constitutione, cujus initium: *Ex parte vestra*, in Bullario Romano *Tom.* 1., jam decretum fuerit, quod Hæretici, aut de Hæresi suspecti, necnon Judæi, qui, cum ad Catholicam Fidem conversi fuerint, deinde in Apostasim incidunt, si ad Ecclesiam confugiunt, statim per Inquisitorem ab eadem extrahi debeant; minimè quidem Nostra mens est, ut prædictæ Constitutioni derogemus, imo eamdem observari volumus, eam tamen methodum adhibendo, ac servando, quam modo subjungimus: videlicet, quod Inquisitor, quoties hujusmodi reus ab Ecclesia extrahendus erit, omnem adhibeat curam, ut id majori, qua decet, erga Domum Dei reverentia contingat. Et quoniam fieri omnino nequit, ut ante extractionem, indicia, quæ contra Reum habentur, Episcopo communicentur, cum Secreti lex id minimè patiatur; et quoniam ubi etiam id fieri posset, inutile id prorsus esset, cum notum sit, Sacrum Inquisitionis Tribunal ad capturam minimè procedere, nisi semiplena delicti probatio præcesserit; non tamen illud omittat, ut vel ante, vel post capturam, Episcopum de ea certiorem faciat, tum propter reverentiam, quæ illius Dignitati debetur, tum ut, quantum fas est, id, quod in Constitutionibus Gregorii, Benedicti, Clementis, ac Nostra decretum est, adimpleatur. Quod etiam ea de causa ita a Nobis decernitur, propterea, quod viderimus, olim in Congregatione Sancti Officii, quæ coram Prædecessore nostro Urbano VIII. *Feria quinta* 10. *Junii* 1638. habita fuit, proposito casu, ac discusso dubio: *An Reus de hæresi inquisitus, confugiens ad Ecclesiam, debeat extrahi ab Episcopo, vel Inquisitore*: Pontifex, *auditis votis, respondit, Reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato ante, vel post, Ordinario.*

§. 4. Ubi autem de aliis criminibus exceptis agatur, quæ tamen hæreseos minimè sint, ac

§. 3. Se si tratta di delitto d'Eresia, essendo già stato determinato dal nostro Predecessore Giovanni XXI. detto XXII. nella sua Costituzione, che incomincia *Ex parte vestra*, nel Bollario Romano *al Tomo primo*, che gli Eretici, o sospetti d'Eresia, e che gli Ebrei convertiti alla Fede Cattolica, e che dipoi cadono in apostasia, se prendono ricovero nelle Chiese, ne siano a dirittura estratti dall' Inquisitore; non intendiamo di derogare alla detta Costituzione; anzi ne vogliamo l'osservanza, ma colla seguente aggiunta; che, facendosi dall' Inquisitore l'estrazione dalla Chiesa, non si lasci di farla colla possibile dovuta riverenza alla Casa di Dio; e che, giacchè non è in verun modo praticabile, che prima dell' estrazione si comunichino al Vescovo gl' indizj, che si hanno contra il Reo, ostando la legge del Secreto; e giacchè, quando anchè ciò potesse farsi, sarebbe inutile, sapendosi, che il Santo Tribunale non procede alla cattura, che precedente una semiplena pruova del delitto; non si lasci però, o prima, o dopo la cattura, di darne parte al Vescovo, e per la dovuta riverenza alla Dignità, e per adempire nella maniera, che si può, lo stabilito nelle Costituzioni di Gregorio, Benedetto, Clemente, e Nostra: il che viene anche così da Noi ordinato, avendo veduto, che, essendosi proposto il caso nella Congregazione del Sant' Offizio, tenuta avanti il nostro Predecessore Urbano VIII. *nella Feria quinta* 10. *di Giugno* 1638., ed essendosi disputato il seguente dubbio: *An Reus de hæresi inquisitus, confugiens ad Ecclesiam, debeat extrahi ab Episcopo, vel Inquisitore*. Il Pontefice, *auditis votis, respondit: Reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato, ante, vel post, Ordinario.*

ANNO 1751.

Gli Eretici, e gli Apostati non godono dell' immunità locale, e debbono estrarsi dagl' Inquisitori. Osservato però il rispetto a' luoghi sacri dovunto, e resone innanzi, o dopo consapevole l' Ordinario.

§. 4. Trattandosi poi d'altri delitti eccettuati, ma che non sono d'Eresia; e molto più se non

PONT. A. XI.

multo magis si de iis agatur, quæ inter excepta non recenſentur, etiamſi ad Sacri Tribunalis cognitionem, vel quia ab aliquo ejusdem jurisdictioni subjecto commissa sint, vel alio quocumque nomine, pertineant; declaramus, eos, qui casuum minimè exceptorum Rei sunt, Immunitate gaudere debere; quoties autem casuum exceptorum Rei, qui tamen Hæresos Rei non sint, ab Ecclesia extrahi debeant, ea omnia exactè observanda esse, tum quæ in Constitutione Nostra, tum quæ in aliis præcedentibus Constitutionibus decreta sunt, indicia nimirum, quæ ad torturam sufficientia sint, Episcopo communicari debere cum hic Secreti lex minimè impedimento sit; Præterea extractionem nonnisi auctoritate Episcopi, et cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eodem deputandæ faciendam esse, aliaque omnia servanda, quæ in dictis Constitutionibus leguntur.

*Rei criminum non exceptorum, licet ad S. Officii Tribunal spectantium Immunitatis beneficio gaudere debent.*

*Exceptorum Rei a locis immunibus extrahendi sunt, servatis omnibus in novissima Constitutione præscriptis.*

§. 5. Quæ hactenus dicta fuerunt, eorum etiam respectu servanda sunt, qui ex carceribus, sive ex trireme, sive ex loco eorum relegationis effugiunt, et in Ecclesiæ alicujus, vel loci immunis asylum sese recipiunt; si enim hi Rei, vel damnati propter Hæreseos crimen sunt, eorum extractio ab Inquisitore facienda erit, ita tamen ut de ea, vel ante, vel post, Episcopus certior fiat; si verò Rei, aut damnati sint propter aliud delictum exceptum, non autem propter crimen Hæreseos, sive pro alio delicto, quod minimè exceptum sit; quoad primos, extractio fiat Episcopi auctoritate, et Ecclesiastica Persona interveniente, ab eodem Episcopo deputanda; quoad secundos autem, ii in Asylo, ad quod confugerunt, remanere sinantur, etiamsi ex triremibus cum catenis effugerint; dummodo a prædictarum triremium, aliorumve Justitiæ Ministrorum manibus liberi essent, nisi fortè Episcopus indultum a Sede Apostolica habeat, ut a triremibus fugitivos extrahere ab Ecclesiis possit, cum in hoc casu,

*Præmissa respectivè serventur etiam quoad eos, qui e carceribus, aut triremibus, vel e loco relegationis elapsi, ad Eccles. confugiunt.*

sono

sono fra gli eccettuati, ancorchè appartengano alla giurisdizione del Sagro Tribunale, o per essere stati commessi da qualcheduno a lui sottoposto, o per altro capo; dichiariamo, che i Rei de' casi non eccettuati debbano godere dell' Immunità; e che i Rei de' casi eccettuati, quando non sono Rei di Eresia, dovendosi estrarre dalla Chiesa, si osservi puntualmente quanto viene stabilito nella Nostra, e nelle altre precedenti Costituzioni; comunicandosi al Vescovo gl' indizj sufficienti alla tortura, non ostando quì la legge del Segreto; nè si faccia l'estrazione, che coll' autorità del Vescovo, e coll' intervento di Persona Ecclesiastica, da deputarsi da esso, e con tutto il rimanente, che nelle dette Costituzioni si legge.

ANNO 1751.

I Rei di delitti non eccettuati, benchè appartengono alla Sagra Inquisizione, goder debbono del benefizio dell' Immunità.

I Rei poi di delitti eccettuati debbano estrarsi da' luoghi immuni, osservate le cose prescritte nell' ultima Bolla.

§. 5. Quanto sin' ora si è detto, deve anche praticarsi rispetto a quelli, che fuggono dalle Carceri, o dalla Galera, o dal luogo della loro relegazione, e che prendono l'asilo di qualche Chiesa, o luogo immune; Imperocchè, se sono Rei, o condannati pel delitto d'Eresia, l'estrazione dovrà farsi dall' Inquisitore, con darne, o dopo, o prima, notizia al Vescovo; e trattandosi poi di Rei, o condannati per altro delitto eccettuato, e non per quello dell' Eresia, o per altro delitto non eccettuato; quanto ai primi si faccia l'estrazione coll' autorità del Vescovo, ed intervento di Persona Ecclesiastica, da deputarsi da esso; e quanto ai secondi, si lascino nell' Asilo, a cui sono ricorsi, ancorchè siano scappati dalle Galere colle catene, purchè fossero liberi dai Ministri di dette Galere, o da altri Ministri di Giustizia; quando il Vescovo non abbia dalla Sede Apostolica l'Indulto di poter' estrarre dalle Chiese i fuggiti dalle Galere; potendosi in questo caso aver ricorso ad esso, per riavere nelle mani il fuggitivo; e

Le sopradette cose respettivamente si osservino anche con quei, che fuggiti dalle carceri, dalle galere, o da altro luogo di Rilegazione siensi refugiati alla Chiesa.

Pont. A. XI.

Fugitivi e triremibus extrahi nequeunt ab Ecclesiis, sine Indulto Apostolico.

ob fugitivum recuperandum, ad eumdem recurrere liceat; vel etiam ad Apostolicam Sedem, si hujusmodi indulto Episcopus careat; cum ipsa Sancta Sedes in particularibus casibus, quoties id delictum exigat, nequaquam renuat Episcopis auctoritatem impertiri eos ab Ecclesiis extrahendi, qui e carceribus ac triremibus effugerint, licet criminis excepti minimè Rei sint. Hæc inquisitoribus, quæ significaremus, habuimus, atque interim illorum singulis Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 20. Febr. 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xx. Februarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Anno 1751.

potendosi anche ricorrere alla Sede Apostolica, quando il Vescovo non abbia il sopradetto Indulto, non ricusando essa di dare ne' casi particolari ai Vescovi, quando il delitto lo richieda, l'autorità di estrare dalle Chiese i fuggitivi dalle carceri, e dalle galere, benchè Rei di delitto non eccettuato. Che è quanto dovevamo significare agl' Inquisitori, restando col dare a ciascheduno di essi l'Apostolica Benedizione.

I fuggitivi dalle galere non possono estrarsi dalle Chiese senza Indulto Apostolico.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xx. Februarii MDCCLI. Pontificatûs Nostri Anno XI.

Dat. il dì 20. Feb. 1751.

XLI.

# NOVA CONCESSIO

Et præfinitio Indulgentiarum pro Fratribus et Sororibus Tertii Ordinis Sæcularis S. Francisci Assisiensis.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Romani Pontificis est Indulgentias concedere et super concessis dubia submovere.

AD Romanum Pontificem inexhausti Ecclesiæ thesauri dispensatorem pertinet Indulgentiarum a Prædecessoribus suis, diversis temporibus, atque rationibus concessarum incertitudinem, ac dubia et controversias super iis excitatas atque vigentes, indeque ortas fidelium animarum perturbationes, suprema sua auctoritate, juxta probatam Apostolicæ Sedis consuetudinem, et Sacri Tridentini Concilii mentem, per opportunas declarationes, certasque concessiones tollere ac removere, ut Ecclesiasticæ pacis firmitati, simulque animarum saluti et profectui, ac providæ earundem Indulgentiarum distributioni consulatur.

Fratribus et Sororibus Tertii Ordinis S. Francisci variæ Indulgentiæ directè, et per communicationem cum Ordinibus concessæ fuere.

§. 1. Olim siquidem Romani Pontifices Prædecessores Nostri Tertium Ordinem Sæcularem, de Pœnitentia nuncupatum, Beati Francisci Assisiensis institutione, sub Regulis ab ipso præscriptis feliciter coalescentem, Apostolica benignitate complexi, ejusdemque Fratres atque Sorores specialibus favoribus, et spiritualibus gratiis ditare volentes, ut uberiora Religionis et Pietatis incrementa susciperent, præter alias Indulgentias, ac peccatorum remissiones ipsis directè concessas, etiam generali communica-

tione in quibuslibet gratiis, privilegiis, et Indulgentiis, omnibus et singulis tam Mendicantium quam non Mendicantium Ordinibus Regularibus, eorumque personis quomodocumque a Sede Apostolica indultis, eorumque omnium et singulorum ad prædictos Fratres atque Sorores extensione, cumularunt. ANNO 1751.

Paulus V. Indulgentias Regularium reformavit.

§. 2. Quamquam verò felicis recordationis Prædecessor Noster Paulus Papa V., opus reformationis et moderationis Indulgentiarum a recolendæ quoque memoriæ Clemente Papa VIII. altero Prædecessore Nostro, tunc suo, feliciter inchoatum, pari cum diligentia et studio prosequutus, Apostolicis Litteris, quarum initium est: *Romanus Pontifex*, die vigesima tertia Maji Anni millesimi sexcentesimi sexti, in forma Brevis editis, omnes et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones præfatis Regularibus Ordinibus, eorumque personis, quocumque modo antea concessas, abrogaverit et revocaverit, easque, novis ex integro in ipsorum favorem indultis, ad modum et terminos in earumdem Litterarum tenore expressos reduxerit; cum tamen præcedentibus annis a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium Indulgentiis et Sacris Reliquiis præposita, declaratio quædam sequentis tenoris emanaverit, videlicet: *In generali revocatione Indulgentiarum, quæ in Brevi*: Romanus Pontifex *Pauli V. habetur, non comprehendi personas, quæ substantialia Religionis vota non emittunt, intra, vel extra Claustra degentes*; eaque specialibus Litteris in simili forma Brevis a Venerabilis memoriæ Innocentio Papa XI. Prædecessore quoque Nostro die decima Octobris Anni Millesimi sexcentesimi octogesimi sexti confirmata fuerit; cumque etiam aliæ prodierint Romanorum Pontificum Constitutiones, quibus Indulgentiæ et Gratiæ speciales tam præfato Tertio Ordini directè concessæ, quam per communicationem cum Ordinibus Mendicantium, et non Mendicantium, ad eundem extensæ, confirmari videbantur; hinc factum est, ut super

Causæ dubitandi super subsistentia Indulgentiarum fratribus Tertii Ordinis concessarum.

Pont. A. XI. subsistentia Indulgentiarum, et Gratiarum hujusmodi, quæ in duabus Litterarum Apostolicarum collectionibus, Bullariis nuncupatis, per Rodericum, et per Confectium vulgatis, juxta antiquam earum intelligentiam descriptæ leguntur, plures diversis in locis quæstiones et controversiæ inter Fratres ejusdem Ordinis agitari cœperint, atque etiam in judicium adduci; prout earundem inconcussam firmitatem, vel respectivè abrogationem, aut etiam in pristinum statum redintegrationem, acrius sustineri, aut ex contraria parte in dubium contigit revocari.

Plures ex prætensis Indulgentiis a Congregat. Indulgentiarum exclusæ fuerunt.

§. 3. Et quidem prædicta Bullaria, pro eo, quod pertinet ad communicationem omnium Indulgentiarum singulis Ordinibus indultam, nequaquam attendenda esse, dictumque Tertium Ordinem eà tuto sequi non posse, jam in acerrimo partium conflictu decretum et definitum extitit a prædicta Cardinalium Congregatione, Indulgentiis et Sacris Reliquiis præposita, die quinta Februarii Anni Millesimi septingentesimi trigesimi quarti. Quæ etiam Anno sequenti, in ejusdem controversiæ progressu, sub die quinta Octobris declaravit, per revocationem Pauli V. sublatas dici debere Indulgentias illas, quæ Regularibus personis, ac præfato Tertio Ordini communes erant, seu promiscuè antea concessæ fuerant; necnon eas, quibus ejusdem Tertii Ordinis Fratres per viam communicationis, ante ipsam revocationem, fruebantur. De iis autem, quæ ipsis tam antea, quam post directè concessæ asserebantur, itemque de iis, quas, post sæpedictam revocationem, per viam communicationis cum Ordinibus Regularibus, sive per extensionem, se obtinuisse contendebant, tam multa adhuc examinanda supererant, ut nonnisi post maturam discussionem singularum Litterarum, et concessionum hujusmodi, judicari posse visum fuerit, an, et quæ veræ, legitimæ, ac subsistentes, an verò aliquæ revocatæ, aut etiam falso præsumptæ, vel per sub-

De aliis difficile examen, atque Judicium.

reptionem, et obreptionem obtentæ dici deberent. Anno 1751.

§. 4. Cumque proinde multiplices adhuc incertitudines et confusiones hac in re adesse dignoscantur; novissimè verò ad Congregationem Venerab. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum delata fuerint nonnulla Folia et Summaria Indulgentiarum ejusdem Tertii Ordinis, typis impressa ac latè vulgata, in quibus complures referuntur Indulgentiæ, quarum concessiones apocryphas esse, aut revocatas, aut incertas, et contra mentem Sedis Apostolicæ perperam interpretatas agnitum fuit; ideoque eadem Cardinalium Inquisitorum Congregatio Nobis proposuerit, valde expedire pro præfatorum Fratrum et Sororum securitate ac beneficio, et ad confusiones, ac deordinationes ejusmodi penitùs tollendas, ut, juxta id, quod laudatus Prædecessor Paulus V. pro omnibus Ordinibus Regularium providè ac opportunè præstitit, Nos etiam omnes et singulas Indulgentias et peccatorum remissiones prædicto Tertio Ordini Sæculari Sancti Francisci, sive directè, sive per communicationem, sive alio quovis modo hactenus concessas annullaremus, et revocaremus, et alias particulares eidem concederemus.

Folia impressa super Indulgentiis Fratrum Tertii Ordinis ad Congregationem Sac. Inquisitionis delata fuere.

Votum dictæ Congregationis fuit, omnes Indulgentias abrogandas, aliasque de novo concedendas.

§. 5. Nos, matura super hoc consultatione præhabita, ac Fratribus, et Sororibus præfati Tertii Ordinis Sæcularis de Pœnitentia, sub cujuscumque Ordinis Regularis Sancti Francisci directione ac regimine, tam in cujuslibet hujusmodi Ordinis Conventibus, sive alias collegialiter, quam etiam in domibus privatis seorsim viventibus, spirituale solatium et juvamen afferre cupientes, Motu proprio, et certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, infrascriptas Indulgentias et peccatorum remissiones de novo duximus concedendas.

Pontifex itaque de novo infrascriptas Indulgentias fratribus, et Sororibus Tertii Ordinis concedit.

§. 6. Omnibus igitur utriusque Sexus Christifidelibus, qui dictum Ordinem Sæcularem

In die ingressus Plenariam

PONT. A. XI.

Sancti Francisci, de Pœnitentia nuncupatum imposterum ingredientur, die primo eorum, vel earum ingressus, si verè pœnitentes et confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam.

In quatuor Anni Festis etiam Plenariam.

§. 7. Nec non eisdem nunc, et pro tempore existentibus Fratribus, et Sororibus, verè pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in Festis Sancti Francisci Assisiensis Confessoris die 4. Octobris, et Sanctæ Claræ Virginis, nec non Sancti Titularis eorum Ecclesiæ, sive Oratorii, aut Cappellæ, et in die Dedicationis Sanctæ Mariæ Angelorum secunda Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum solis, suam Ecclesiam, vel Oratorium, aut Cappellam hujusmodi devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, singulis diebus, quibus id egerint, etiam Plenariam.

In mortis articulo etiam Plenariam.

§. 8. In cujuslibet verò mortis articulo, si pariter verè pœnitentes, et confessi, ac Sacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Sanctissimum JESU Nomen ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Indulgentias Stationum Urbis.

§. 9. Item eisdem Fratribus, et Sororibus, qui suam Ecclesiam, vel Oratorium, vel Cappellam diebus Stationum, in Missali Romano descriptis, devotè visitaverint, et, ut præfertur, oraverint, ut easdem Indulgentias consequantur, quas præfatis diebus, visitantes Ecclesias Urbis et extra eam consequuntur, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent, concedimus pariter, et indulgemus.

In XVII. Anni diebus VII. annorum et totidem quadragenarum.

§. 10. Eisdem quoque verè pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, in Festis Impressionis Sacrorum Stigmatum ejusdem Sancti Francisci, nec non Sancti Ludovici

Galliarum Regis, et Sanctæ Elisabeth Reginæ Portugalliæ, et Sanctæ Elisabeth Hungariæ pariter Reginæ, nec non Sanctæ Margaritæ de Cortona, atque in duodecim aliis Anni feriatis, vel Dominicis diebus per ipsosmet eligendis, ac a Superioribus Ordinis approbandis, ut supra visitantibus, et, ut præfertur, orantibus, quo die præfatorum id egerint, septem Annos, et totidem Quadragenas. Anno 1751.

§. 11. Quoties verò Missis, et aliis Divinis Officiis in Ecclesia, seu Oratorio, vel Cappella hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Tertii Ordinis ubivis faciendis interfuerint, ac pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam, qui corpora Defunctorum, tam Fratrum, et Sororum hujusmodi, quam aliorum, ad sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quam cum ad infirmos, seu alias quocumque, et quandocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel impediti, Campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, et Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem, et Salutationem eandem pro necessitatibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, sive pro Animabus Defunctorum Fratrum, et Sororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes Præcepta Dei et quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint; toties, pro quolibet prædictorum operum exercitio, centum dies de injunctis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Pro operibus piis peragendis centum dierum.

§. 12. Cæterùm, omnes et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones, Fratribus, et Sororibus Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia, sub directione et regimine cujuslibet Omnes vero alias Indulgentias revocat.

PONT. A. XI. Ordinis Regularis ejusdem Sancti Francisci, tam in cujuslibet dicti Ordinis Conventibus, sive aliàs collegialiter, quam in Domibus privatis seorsim viventibus, tam directè, et immediatè, quam promiscuè, et æquè principaliter, sive alio quocumque modo per communicationem cum omnibus et singulis Ordinibus Regularibus Mendicantium, et non Mendicantium, tam vigore Privilegiorum, et Litterarum Apostolicarum, quam vivæ vocis oraculo, aut aliàs quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, et Apostolicam Sedem hactenus concessas, confirmatas, approbatas et innovatas, prædictis motu, scientia, auctoritate, et tenore, revocamus, cassamus, annullamus, et abrogamus, et ad præsentium nostrarum Litterarum præscriptum reducimus, et moderamur.

Clausulæ. §. 3. Præsentes autem Litteras, et tam revocationem hujusmodi, quam concessiones superiùs expressas, etiamsi dicti Tertii Ordinis Fratres, aut Sorores, seu alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint nec ad ea vocati, aut auditi fuerint, nullo unquam tempore impugnari, seu de voluntatis Nostræ defectu, aut subreptionis, aliove quolibet vitio notari, vel adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve juris vel facti remedium impetrari posse, sed semper et perpetuò firmas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, et ab iisdem Fratribus, atque Sororibus, aliisque, ad quos pertinet, in omnibus et per omnia observari, sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, etiam S. R. E. Cardinales Indulgentiis, et Sacris Reliquiis præpositos aliosque, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios, de præmissis judicari, interpretari, ac definiri debere decernimus, atque irritum et inane, si secus a quo-

quam cujuslibet auctoritatis præsidio scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

ANNO 1751.

Mandatum Ordinariis super præmissorum observantia.

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus Ecclesiarum Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, nec non prædictis Apostolicæ Sedis Nuntiis, et Sancti Officii Inquisitoribus, harum serie, et dicta auctoritate committimus et mandamus, ut nullas alias Indulgentias, seu peccatorum remissiones, præter præmissas, per eosdem Fratres, atque Sorores, seu alios quoscumque, tamquam prædicto Tertio Ordini Sæculari specialiter, et intuitu eorum Instituti competentes, vulgari, nunciari, aut proponi permittant; sed ipsarum præsentium tenorem per ipsos fideliter, ut par est, observari faciant; contumaces atque rebelles, si qui forte adversus eas venire præsumpserint, omnibus juris remediis, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariis

§. 15. Non obstantibus prædictis Pauli V. et Innocentii XI., aliisque quibuslibet Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, et Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac ejusdem Tertii Ordinis Sæcularis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis præfato Tertio Ordini, ejusque Domibus, Collegiis, Superioribus, et personis, atque etiam cuilibet Ordini Regulari Sancti Francisci, ejusque Superioribus, in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam post prædictam Pauli V. revocationem, concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, pro præmissorum effectu dumtaxat, illis

aliàs in suo robore permansuris, specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides præstanda transumptis.

§. 16. Volumus autem, ut præsentium Transsumptis, etiam impressis, et manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ præsentibus ipsis Originalibus Litteris haberetur, si forent ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum concessionis, impertitionis, indulti, relaxationis, revocationis, moderationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum, ejus se noverit incursurum.

Dat. Pont. Anno XI. die 15. Martii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno XI.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die 29. Martii 1751.*

XLII.

# ROSÆ AUREÆ DONUM

## Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ transmissum.

*Pontificiæ Epistolæ munere ad Capitulum et Canonicos ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ conscriptæ cumulatur.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Dies, et locus benedictionis Rosæ aureæ.

QUARTA vertentis Quadragesimæ Dominica, quæ nuper præcessit, quaque festivus Introïtus: *Lætare Hierusalem*, ab Ecclesia Sancta cantatur, Nos ex Prædecessorum nostrorum more, et instituto, solemnem Rosæ aureæ Benedictionem in Aula Paramentorum nuncupata confecimus; quam quidem sacram ritus celebritatem in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem peragere Summis olim Pontificibus in more positum fuisse, ab hodierno etiam Abbate Besuzio *in ejusdem Basilicæ Historia cap.* 20. demonstratur : sed quum hujusmodi cæremoniæ in eadem Ecclesia habendæ consuetudo per illud temporis spatium, quo Romani Pontifices Avenione Sedem habuerunt, intermissa fuisset, ex eo factum esse idem Auctor subjungit, ut, postquam Romam remigrarunt, eum Pontifices morem retinuerint, ut eamdem Benedictionem in Aula Paramentorum conficerent, non secus ac olim, quum Avenione essent, facere eisdem solemne fuerat.

Ejusdem Benedi-

§. 2. Et Nos igitur sacram hanc cæremoniam in memorata Paramentorum Aula peregimus;

ANNO 1751.

## SOPRA LA ROSA D'ORO

XLII.

Mandata in dono alla Chiesa Metropolitana di Bologna.

*Lettera di Sua Santità al Capitolo e Canonici della medesima Chiesa Metropolitana.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

NELLA prossima passata Domenica quarta della corrente Quaresima, nella quale si canta dalla Chiesa il *Lætare Hierusalem*, seguitando il costume de' nostri Predecessori, abbiamo nella Camera de' Parlamenti benedetta la Rosa d'oro: funzione, che una volta facevasi da' Sommi Pontefici nella Chiesa di Santa Croce in Gerusalemme, come molto bene dimostra il moderno Padre Abbate Besozzi *nella Storia della detta Basilica al cap.* 20., ove di più aggiugne, che nel tempo della residenza de' Papi in Avignone, non avendo essi potuto benedire la Rosa nella Chiesa di Santa Croce di Roma, ritornati dipoi alla sua Romana residenza, ritennero il costume di fare la Benedizione nella Camera de' Paramenti, come erano stati soliti di fare, quando erano in Avignone.

Si accenna il giorno, ed il luogo della benedizione della Rosa d'oro.

§. 2. La funzione è stata fatta da Noi nella predetta Camera de' Paramenti, avendo recitate

Rito della benedi-

PONT. A. XI.

Conctionis ritus, et Rosæ solemnis gestatio.

consuetæ nimirum preces a Nobis recitatæ fuerunt; tum Rosa aurea balsamo inuncta, contrito odorifero musco perfusa, thure adolita, et aqua benedicta a Nobis aspersa fuit; quæ omnia in Libro Rituum Ecclesiasticorum sive Sacrarum Cærèmoniarum Ecclesiæ Romanæ præscribuntur, cujus libri auctor Christophorus Marcellus Corcyrensis Archiepiscopus vulgò reputatur. Hoc solum discriminis in ea, quæ a Nobis peracta est, cæremonia intercessit, quod, cum in memorato libro habeatur, Pontificem a Paramentorum Aula ad Cappellam procedentem, sinistra manu Rosam gestare, altera verò Populo benedicere: *Manu sinistra Rosam gestans, et dextra benedicens progreditur ad Cappellam:* Nos ab Aula quidem in Cappellam processimus, Sacris Missæ solemnibus interfuimus, et, ut super Altari Rosa collocaretur, effecimus; at verò dum iter ad Cappellam habuimus, minimè illud servavimus, ut Rosam sinistra manu gestaremus, dextra verò benediceremus, sed eamdem Rosam uni ex Clericis Cameræ Apostolicæ, qui præibant, gestandam commisimus. Quoniam cum ab aliquo tempore mos invaluerit, ut Rosa aurea post benedictionem super nobili ac magnifica basi constituatur, neminem, viribus quantumvis firmis, reperire est, qui sinistra manu valeat eamdem gestare, ac dextera benedicere, cum ad ipsam sustinendam ambarum manuum auxilio opus sit.

Rosam auream a Pont. dono dari ab antiquo usitatum.

§. 3. In eodem præterea Cæremoniarum Ecclesiæ Romanæ libro, qui supra citatus est, subjungitur, Rosam auream interdum a Pontifice præsenti cuipiam Principi Viro dono dari, interdum autem ad absentem transmitti. Cum noster Pontifex Alexander V. *anno* 1410. Bononiâ transiret, ubi diem etiam supremum obiit, Rosæ aureæ Benedictionem in Ecclesia S. Petronii peregit, eamque Marchioni Nicolao Estensi, qui præsens ibidem aderat, dono dedit, quemadmodum Sigonius *in suo de Episcopis Bononiensibus libro*, Masinus *in Bononia per-*

le consuete Orazioni, avendo unta la Rosa d' oro col balsamo, avendovi posto sopra il muschio tritato, avendola incensata, ed avendola aspersa coll' acqua benedetta; che è quanto viene prescritto nel Libro de' Riti Ecclesiastici, o sia delle Sacre Cerimonie della Chiesa Romana, che viene attribuito a Cristifaro Marcello Arcivescovo di Corfù; con questo solo divario, che leggendosi nel detto Libro, che dopo la Benedizione, nell' andare che fa il Papa dalla Camera de' Paramenti alla Cappella, porta nella mano sinistra la Rosa, benedicendo il Popolo colla destra: *Manu sinistra Rosam gestans, et dextera benedicens progreditur ad Cappellam:* Noi siamo andati dalla Camera alla Cappella, abbiamo assistito alla Gran Messa, abbiamo fatto collocare la Rosa sopra l'Altare; ma nell' andare alla Cappella non l' abbiamo portata nella mano sinistra, benedicendo colla destra; avendola fatta portare avanti di Noi da un Chierico di Camera; imperocchè essendosi da qualche tempo in quà introdotto l' uso di collocare la Rosa d' oro benedetta sopra un nobile e grande piedestallo, non vi è Uomo, per robusto che sia, che la possa portare nella mano sinistra, e benedire colla destra, richiedendosi l' ajuto di ambedue le mani per poterla portare.

ANNO 1751. zione della medesima, e de lei trasporto.

§. 17. Continuando il sistema della spirituale allegrezza di questo giorno, fu poi savio e divoto pensiere de' Romani Pontefici l'introdurre il rito della Rosa d'oro, che si unge col balsamo, sopra cui si pone ancora il Muschio. *Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut hanc Rosam odore, visuque gratissimam, quam hodierna die in signum spiritualis lætitiæ in manibus gestamus, benedicere, et sanctificare tua pietate digneris:* sono parole dell' Orazione, che recita il Romano Pontefice benedicendo la Rosa d'oro; significando il fiore il nostro Redentore Gesù Cristo: *Flos iste Christum Regem exprimit ac designat, qui de se ipso loquitur dicens: Ego flos campi, et lilium convallium;* additando l'oro, ch' esso fu Rè de' Rè, e Padrone de' Dominanti; il che anche si vidde nella obblazione dell' oro, che gli fecero i Magi: *Aurum namque Regem non immeritò dicitur denotare, cum ad hoc designandum a Magis figuraliter oblatum fuerit Salvatori, ut per hoc Rex Regum, et Dominus Dominantium monstraretur;* e significando l'odore la gloria della di lui Risurrezione, che fu, ed è la spirituale allegrezza di tutto il Mondo: *Odor autem hujus floris Resurrectionis ejus gloriam præfigurat etc. sanè anfractus, et climata omnium scelerum fœditate concreta tantus odor Dominicæ Resurrectionis aspersit, ut nulla pars Orbis alienam se ab odore isto sentiat, vel expertem, sed omnes se gaudeant odore hoc suavissimo spirituales nequitias in cœlestibus jam vicisse:* Così scrisse il Nostro gran Prædecessore Alessandro III. a Lodovico VII. Rè di Francia, mandandogli la Rosa d'oro; e la di lui Lettera è riferita *nel tom.* 10. della Collezione de' Concilj del Labbè della stampa di Parigi *alla pag.* 1360. sopra la quale il Cossart *nelle Note* osserva, essere stato ciò anche detto, prima di Alessandro III., dal Pontefice Eugenio

Conviene con questa allegrezza il benedirsi, e portarsi della Rosa d'oro.

Altri misterj si dichiarano di questo Rito.

PONT. A. XI.

a Pontifice Eugenio III. idem dictum fuisse in Epistola, quam ad Alphonsum Hispaniæ Regem, auream Rosam ipsi mittens, conscripsit; quæ Epistola *eodem tomo pag.* 1094. habetur: *Rosam auream, quam in signum Passionis, et Resurrectionis Jesu Christi Domini Nostri Dominicâ, qua cantatur: Lætare Hierusalem, singulis annis Romanus Pontifex portare consuevit; Serenitati tuæ per Venerabilem Fratrem nostrum P. Segoviensem Episcopum providimus transmittendam.* Qua in re illud etiam hìc animadvertere opportunum est, in Rosæ aureæ ritu id moris antiquitùs fuisse, ùt aurum ipsum rubro colore tingeretur ad Christi Passionem distinctiùs denotandam, quemadmodum ex citata Alexandri III. Epistola deducitur: *Rubor autem, quo aurum coloratum est, et suffusum, Passionem significat Redemptoris, de quo utique scriptum est: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et iterum: Quare rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari?*

In Benedictione Rosæ aureæ preces recitantur, ac præter muscum, et balsamum, adhibetur aqua benedicta, et incensum.

§. 18. Illud postremò observandum restat, quod pertinet ad Rosæ aureæ Benedictionem. Hæc autem in præcitato Opere de Sacris Cæremoniis Marcelli nomine inscripto exactè descripta habetur, ubi *lib.* 1. *ad tit. de Benedictione Rosæ*, et indicatam superiùs Orationem refert, quæ in benedicenda Rosa adhibetur, et exponit, Rosam ipsam balsamo inungi, ac muscum contritum super eandem imponi; qui muscus in Ecclesia Græca etiam hodiè in usu est, cum sit una ex illis speciebus, ex quibus sacra Unctio, sive Chrisma conficitur, quemadmodum in Euchologio Græcorum *pag.* 508., tum apud Goar *super eodem Euchologio pag.* 516., et apud Isaac Haberti *in Pontificali Græcorum pag.* 699., *et pag.* 714. videre est; super hæc omnia demùm aquam benedictam aspergi, atque incensum aboleri subjungit; quæ etiam ab eodem *lib.* 2. *cap.* 37. referuntur.

III. nella Lettera, con cui accompagnò il Regalo della Rosa d'oro ad Adolfo Rè di Spagna, qual Lettera è *nello stesso tomo alla pag.* 1094. *Rosam auream, quam in signum Passionis, et Resurrectionis Jesu Christi Domini Nostri, Dominicâ, qua cantatur: Lætare Hierusalem, singulis annis Romanus Pontifex portare consuevit, Serenitati tuæ per Venerabilem fratrem nostrum P. Segoviensem Episcopum providimus transmittendam.* Non essendo fuor di proposito l'accennare, che anticamente, per esprimere anche col colore la Passione di Cristo in questo rito della Rosa d'oro, lo stesso oro si tingeva con color rosso, come chiaramente si deduce dalla citata Lettera d' Alessandro III. *Rubor autem, quo aurum coloratum est, et suffusum, Passionem significat Redemptoris, de quo utique scriptum est: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et iterum: Quare rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Anno 1751.

§. 18. Resta l'ultimo punto, che è quello della Benedizione. Viene la funzione esattamente descritta nell'Opera delle Sacre Cerimonie già di sopra citata, attribuita a Cristofaro Marcello, ove *al lib.* 1. *al tit. de Benedictione Rosæ* riferisce l'Orazione di sopra accennata, con cui si benedice la Rosa d'oro; espone, che si unge la Rosa col balsamo; che sopra vi si pone il muschio tritato, del qual muschio ancora si serve la Chiesa Greca, essendo il muschio una di quelle specie, le quali si compongono il sacro unguento, o crisma, come si vede nell' Eucologio de' Greci *pag.* 508., nel Goar *sopra il detto Eucologio pag.* 516., ed in Isaac Haberti *nel Pontificale de' Greci pag.* 699. *et pag.* 714., e che finalmente il tutto si asperge coll'acqua benedetta, e s'incensa; e lo stesso vien pure da esso riferito *al lib.* 2. *cap.* 37.

Nella Benedizione della Rosa d'oro si recitano preghiere, e oltre il muschio, e il balsamo, si fa uso dell' acqua benedetta e dell' incenso.

PONT. A. XI.

Non ejusdem ætatis est Benedictio Rosæ aureæ, ac ipsius institutio.

§. 19. Permulti sunt, qui falsò existimant, institutionem ritus Rosæ aureæ, atque ipsius benedictionem, uno, eodemque tempore ortum habuisse. Quod quidem nulla ratione sustineri posse ex eo patet, quod in Romanis Ordinibus, qui a prædicto Joanne Mabillonio *tom.* 2. *Musæi Italici* editi sunt, quorum aliqui ante, alii post decimum tertium sæculum conscripti fuerunt, de Rosa quidem aurea, de balsamo, et musco sermo sit; verùm nulla omnino mentio de Benedictione in ipsis habeatur. Edmundus Martene *in supracitato cap.* 19. *num.* 17. Pontificem Innocentium IV., qui *anno* 1243. ad Summum Pontificatum evectus fuit, Benedictionis hujusce auctorem facit, ea nixus ratione, quod in ejusdem Pontificis Vita verba hæc legantur: *Primus Rosam auream solemni cæremonia, ac ritu benedixit, eamque Canonicis Sancti Justi hospitibus suis Lugduni dono dedit.* Verùm Pagius *in Breviario Romanorum Pontificum tom.* 3. *in Vita Innocentii IV, ad n.* 28. de fide Auctoris illius Vitæ vehementer dubitat, cum in Ordine Romano Petri Amelii, qui Sacrista fuit Urbani V. *anno* 1362. in Pontificem electi, nulla Benedictionis mentio facta reperiatur.

Hujusmodi Benedictio circa SæculumXV probabiliter invecta.

§. 20. Quare verisimile admodum est, Benedictionis ritum subsequentis Sæculi initio fuisse introductum. Extat Pontificis Julii II. Epistola *in Tomo* 13. Conciliorum editionis superiùs citatæ, quam ille ad Guilielmum Cantuariensem Episcopum conscribit, dum eidem Rosam auream Henrico VIII. Angliæ Regi dono exhibendam transmitteret, qui Rex deplorabilis postea schismatis auctor fuit: *Mittimus nunc ad eum Rosam auream Sancto Chrismate delibutam, et odorifero musco aspersam, nostrisque manibus de more Romanorum Pontificum benedictam.* Leonis X. etiam Breve apud Cartharium habetur, quod ab eodem Pontifice ad Saxoniæ Ducem cum Rosæ aureæ munere missum fuit. *Sacratissimam auream Rosam quarta*

§. 19. Molti sono in errore, credendo esser nata nello stesso tempo l'istituzione del rito, e la benedizione; ma ciò non ha sussistenza, essendovi gli Ordini Romani, stampati dal Padre Mabillon, come abbiamo detto, *nel tom.* 2. *del suo Museo Italico*, fatti e prima e dopo il secolo decimo terzo, ne' quali si parla della Rosa d'oro, e del balsamo, e del muschio, ma nè punto, nè poco si parla della Benedizione. Il Martene *nel sopracitato cap.* 19. *num.* 17. fa autore di questa Benedizione il Pontefice Innocenzo IV., che ascese al Sommo Pontificato *l'anno* 1243. fondatosi su la Vita dello stesso Pontefice, in cui si legge: *Primus Rosam auream solemni cæremonia, ac ritu benedixit, eamque Canonicis Sancti Justi hospitibus suis Lugduni dono dedit.* Ma il Pagi *nel Brevario Romanorum Pontificum al tom.* 3. *nella Vita d'Innocenzo IV. al n.* 28. gravemente dubita della fede dell'Autore, non ritrovandosi fatta memoria della Benedizione nell' Ordine Romano di Pietro Amelio, che fu Sagrista d'Urbano V, eletto Papa *nel* 1362.

ANNO 1751.

Il tempo dell' istituzione della Rosa d'oro non è il medesimo della Benedizione

§. 20. E però è molto verisimile, che nel principio del secolo susseguente il rito della Benedizione fosse introdotto. Nel *tom.* 13. de' Concilj dell' edizione di sopra citata *alla p.* 1480, è registrata la Lettera del Pontefice Giulio II, scritta a Guglielmo Arcivescovo di Cantorbery, a cui manda la Rosa d'oro da presentarsi ad Arrigo VIII. Re d'Inghilterra, che fu poi il deplorabile autore dello scisma: *Mittimus nunc ad eum Rosam auream Sancto Chrismate delibutam, et odorifero musco aspersam, nostrisque manibus, de more Romanorum Pontificum, benedictam.* Appresso il Cartari si ritrova pure un Breve di Leone X., che accompagna la trasmissione della Rosa d'oro al Duca di Sassonia: *Sacratissimam auream Rosam quarta Dominica*

Essa probabilmente fu introdotta circa il secolo XV.

PONT. A. XI.

*Dominica Sanctæ Quadragesimæ a Nobis Chrismate Sancto delibutam, odoriferoque musco aspersam, cum Benedictione Apostolica, ut vetus est consuetudo, aliisque Sacris adhibitis Cæremoniis consecratam.* Quibus quidem verbis, cum claram ab hisce Pontificibus, expressamque Benedictionis Rosæ, sicut ea hodie peragi solet, mentionem fieri, ac de eadem tamquam de veteri consuetudine ipsos loqui deprehendamus, non incongruum videtur statuere, ejusdem Benedictionis usum tempore nuper indicato introductum fuisse, ab aliquo scilicet Pontificum Seculi illius, quod Julii II. ac Leonis X. tempora antecessit; ad quam instituendam ea de causa adducti sint, ut ipsa Sacra Cæremonia sanctior adhuc, atque augustior redderetur: *Omnis Creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione præcipitur: sanctificatur enim per Verbum Dei, et Orationem:* verba sunt Apostoli *in prima ad Timothæum cap.* 4., quibus verbis nostri Theologi utuntur, ut omnem quidem Creaturam et bonam, et mundam esse comprobent. Quemadmodum verò, si fieri posset ut aliqua immunda foret, ea signo Crucis, et Oratione sanctificari posset; multo potiori ratione aliæ res bonæ eodem signo Crucis, Oratione, ac Benedictione meliores possunt, et sanctiores evadere. Qua de re Cardinalem Bellarminum *de Cultu Sanctorum lib.* 3. *cap.* 7. *in tom.* 2. *suarum Controversiarum* videre est. Iisdem etiam vestigiis insistens prædictus Joseph Catalanus *loco citato* §. 3. *num.* 1. balsamum quidem, et muscum Ritus Rosæ aureæ institutioni coæva esse indicat; verùm Benedictionem, in qua et preces adhibentur, et aquæ benedictæ aspersio fit, atque incensum adoletur, recentiorem esse affirmat, atque ad illud tempus referendam, quod a Nobis paulo pridem indicatum est.

Benedictionis convenientia.

Quo animi affectu mittatur

§. 21. Hæc igitur, Dilecti Filii, sunt, quæ Nos in hac Epistola nostra exponere Vobis opportunum existimavimus, non quidem, ut eru-

Sanctæ

*Sanctæ Quadragesimæ a Nobis Chrismate Sancto delibutam, odoriferoque musco aspersam, cum Benedictione Apostolica, ut vetus est consuetudo, aliisque Sacris adhibitis Cæremoniis consecratam.* Fanno quelli Pontefici menzione chiara, e netta della Benedizione, come oggi si fa; ne parlano come d' una consuetudine antica; e però non sembra improbabile il dire, esser' essa stata introdotta nel tempo poc' anzi accennato, da qualcuno de' Pontefici del precedente secolo avanti Giulio II., e Leone X.; che s' indussero a farla, per rendere sempre più augusta, e divota la sacra funzione: *Omnis Creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per Verbum Dei, et Orationem*: sono parole di S. Paolo *nella prima a Timoteo al cap.* 4., delle quali si servono i nostri Teologi per comprovare, che ogni creatura è buona, e monda, e che, se mai per impossibile ve ne fosse qualcheduna immonda, siccome questa può essere sanctificata col segno della Croce, e coll' Orazione, con molto maggior ragione le altre cose buone possono diventare migliori, e più sante, col segno pure della Croce, coll' Orazione, e Benedizione. Vedasi il Cardinale Bellarmino *de Cultu Sanctorum al lib.* 3. *cap.* 7. *nel tom.* 2. *delle sue Controversie.* Il Catalano *nel luogo citato al* §. 3. *n.* 1. *e seg.* cammina sulle stesse pedate, accennando, che il balsamo, ed il muschio sono coevi all' istituzione del rito della Rosa d' oro; ma essere più recente la Benedizione, che di essa si fa colle preci, coll' aspersione dell' acqua santa, e coll' incenso, riferendo tutta questa Benedizione al tempo poc' anzi da Noi accennato. ANNO 1751.

§. 21. Ed eccovi, o Diletti Figli, quanto abbiamo creduto d' esporvi in questa nostra Lettera, non per far pompa d' erudizione, ma ac- Con quale affetto dal Pontefice

Pont. A. XI.

a Pontifice munus, quoque sit excipiendum.

ditionem ostentaremus, sed ut muneris hujus, quod Vobis mittimus, præstantia magis innotesceret. Etenim, ut Prædecessoris Nostri Pontificis Callisti III. verbis utamur : *Non muneris æstimanda est quantitas, sed altioris significationis qualitas interpretanda*, ut habetur in Epistola, quam is ad Carolum Galliarum Regem conscripsit, cum Rosæ aureæ munus ad eumdem transmisit, quæque a Raynaldo in Annalibus *ad annum Christi* 1457. *num.* 52, refertur. Idem etiam Vos munus, (ut cum Callisto ipso pergamus) tanquam sinceri affectus Nostri pignus, ac monumentum habete : *En igitur accipe pignus, ac monumentum nostri amoris;* et adjungit : *Rosam hanc lætissimo corde suscipe; nec te auri fulgor, sed contemplatio Divinæ significationis teneat.* Postquam verò indicata superiùs hujusce ritus mysteria exposuit, ita concludit : *Utinam Divinus odor penetret in tuos sensus, Charissime Fili.* Hos itaque Callisti Prædecessoris Nostri pios, et plenos amoris erga Galliarum Regem sensus Nos adoptamus, ac pro nostris hìc ponimus, dum Rosam auream a Nobis benedictam ad Vos transmittimus, ac dum postremò Vobis, et reliquis dilectis Filiis Concivibus Nostris, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 24. Martii 1751.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXIV. Martii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

ciò sappiate, e siate ben' intesi del pregio del Nostro regalo: *Non muneris æstimanda est quantitas, sed altioris significationis qualitas interpretanda*, sono parole del nostro Predecessore Calisto III. nella sua Lettera scritta a Carlo Re di Francia, quando gli mandò il regalo della Rosa d' oro; qual Lettera è registrata dal Rainaldi *negli Annali all' anno di Cristo* 1457. *n.* 52. Ricevete il regalo come pegno del Nostro sincero affetto: *En igitur accipe pignus et monumentum nostri amoris*; prosiegue Callisto ed aggiunge: *Rosam hanc lætissimo corde suscipe, nec te auri fulgor, sed contemplatio Divinæ significationis teneat.* E dopo avere esposti i misterj già di sopra accennati di questo rito, conchiude: *Utinam Divinus odor penetret in tuos sensus, Charissime Fili.* Questi amorosi, e pii sentimenti del Pontefice Calisto verso il Re di Francia, sono ben volentieri adottati da Noi, e fatti Nostri, trasmettendovi la Rosa d' oro da Noi benedetta: terminando col dare a Voi, ed a tutti gli altri amati Nostri Concittadini, l'Apostolica Benedizione.

ANNO 1751. si trasmetta questo dono, e con quale debba riceversi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxiv. Martii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Dat. il dì 24. Marzo 1751.

PONT. A. XI.

XLIII.

# LATINI RITUS

Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Altaribus seu Tabulis consecratis, et Calicibus aureis sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, et cum Calicibus e stanno celebrare.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad futuram rei memoriam.*

Proœmium.

IMPOSITO Nobis Apostolicæ servitutis officio convenit, universæ Christi Familiæ toto Terrarum Orbe diffusæ necessitatibus animum diligenter intendere, maximè verò fidelium Ecclesiæ Ministrorum in remotis Regionibus pro animarum salute laborantium preces benignè suscipere, eorumque opportuno levamini, ac spirituali consolationi, etiam per congruæ dispensationis Indulta, prout rerum, locorum, et temporum rationes, ac veneranda majorum nostrorum exempla suadent, consulere, et providere.

Missionariorum preces delatæ ad Congreg. de Propagan. Fide.

§. 1. Sanè dudum Dilecti Filii Presbyteri Latini Ritus Apostolicas Missiones per Russiam Polonicam exercentes Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum exponi curarunt, quod quum in tota Russia, ac potissimùm in Montibus Pokuciæ, in Podolia, in vastissimis Ukrainæ Regionibus, et in universa ferè Russia, Alba nun-

cupata, frequentes quidem sint Ruthenorum Unitorum Ecclesiæ, rarissimæ verò Latini Ritus; cumque ipsi pro Missarum celebratione Lapideas Sacratas Tabulas, et Calices aureos, vel argenteos, per longa et difficilia itinera, sine gravi incommodo, et sine periculo confringendi easdem Tabulas, et Calices, secum deferre non valeant; idcirco, nisi facultas ipsis concedatur celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium super dictorum Ruthenorum Antimensiis, ut vocant, et Calices eorumdem e stanno, ut moris apud illos est, confectos adhibendi, necesse ipsis erit ab ejusdem Sacrificii celebratione plerumque abstinere: multique præterea Latini Ritus Fideles, qui ab Ecclesiis ejusdem Ritus longè degunt, Sacerdotis Latini præsentiâ, a quo Sacra Mysteria peragantur, eisque distribuantur, omnino carebunt; prout reipsa sæpe, gravissimo cum animarum detrimento, per plures annos carere dignoscuntur. Proindeque demissis precibus postularunt, ut sibi concederetur hujusmodi facultas, Sacrosanctum nempe Missæ Sacrificium, etiam sine Lapidea Sacrata Tabula, celebrandi super Antimensiis Ruthenorum Unitorum, atque in Missarum celebratione, eorumdem Ruthenorum stanneos Calices adhibendi. ANNO 1751.

§. 2. Cùm autem hujusmodi Missionariorum preces, a dicta Cardinalium Congregatione Propagandæ Fidei negotiis præposita alterius Congregationis Venerabilium quoque Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium adversus Hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, examini et judicio, de more, remissæ fuerint; et consequenter de iis actum fuerit in Consessu coram Nobis habito die XXII. Januarii elapsi Anni MDCCL.; Nos tunc, ut ad generale Rescriptum super his edendum maturè procederemus, quidquid olim in hac materia ab hac eadem Apostolica Sede decretum fuisset, in unum colligi jussimus; ac præterea Venerabili Remittuntur ad Cong. S. Officii, ibique examinantur.

PONT. A. XI.

Exquiritur Testimonium et Votum Episcopi Zenopol. tunc in Curia præsentis, quem Pont. laudat.

Fratri Episcopo Zenopolitano, qui tunc opportunè in Curia præsens aderat, quique et antea diu in Polonici Regni Ditionibus, atque in Ecclesiasticis Catholicorum Latinorum, Græcorumque Unitorum negotiis, Apostolicæ Sedi egregiam operam navando, versatus fuerat; et deinde ad easdem Regiones, et ad eosdem labores laudabiliter prosequendos, non obstantibus itinerum difficultatibus expensisque, redire non dubitavit, mandavimus, ut Nos super expositorum veritate instructos redderet, suamque Nobis sententiam super hujusmodi postulatis, tam voce, quàm scripto, aperiret. Nunc verò, exhibitis Nobis præcedentium Decretorum monumentis, iisque per Nos accuratè perpensis; atque omnibus, quæ in dictis precibus narrata fuerant, præfati Episcopi Zenopolitani testimonio comprobatis; quum is præterea Nobis retulerit, complures esse in iis Regionibus Presbyteros Latini Ritus, et quidem Deum timentes, qui in supradictis necessitatibus constituti, minimè dubitant super Antimensiis Græcorum Unitorum absque Lapidea Tabula Missarum Sacra facere; ejusdemque consilium fuerit, quod sicuti Græcorum Unitorum Presbyteri, quoties id rerum opportunitas suadet, propriis Antimensiis relictis, Missarum Sacrificia offerunt super Lapideis Latinorum Tabulis; ita, ad constitutam feliciter Unionem magis, magisque stabiliendam non parum conduceret, Latinis Presbyteris liberam facultatem concedere, ut, ubi necessitas sic exigere dignoscatur, deficiente nimirum Lapidea Altaris Tabula, Missas celebrare valeant super eorumdem Græcorum Unitorum Antimensiis; his omnibus attente perpensis, in hanc denique sententiam devenimus, ut prædictis Sacerdotibus Latini Ritus in Russia Polonica degentibus permitteremus in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Tabulis de more consecratis, et Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, et cum Calicibus e

Is Expositorum veritatem testatur, et Precibus annuendum suadet.

Pontifex annuit.

stanno, qui apud illos in usu sunt, sine ullo conscientiæ scrupulo, celebrare. Anno 1751.

§. 3. Porrò, quod attinet ad Calices stanneos, omissis iis, quæ repeti possent ex priorum Ecclesiæ sæculorum memoria, quum scilicet et lignei, et vitrei Calices in Altaris ministerio adhibebantur, ut ostensum a Nobis est in tractatu *de Sacrificio Missæ sess.* 1. §. 26. *et seq. Latinæ Editionis Patavinæ :* nullum generale Decretum proferri potest, quo vel hodie vetitum sit hujusmodi Calicibus e stanno confectis in Missa uti, si Ecclesiarum, vel Sacerdotum paupertas tanta sit, ut Majoris pretii vasa comparari nequeant, quin immo *in Can. Ut Calix, de Consecrat. distinct.* 1. hæc expressa verba leguntur : *Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum Calicem habeat.* Et quidem ad comprobandam asserendamque hujusmodi Ecclesiæ Indulgentiam plura leguntur apud Sanctum Thomam 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *ad sextam*, aliosque Scriptores de hoc disciplinæ capite agentes : Quart. *ad Rubricas Missalis part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 1. *dub.* 1. §. *Colligitur*, Pasqualig. *de Sacrificio Novæ Legis tom.* 2. *quæst.* 764. *et quæst.* 765., Biss. *Hierurgia Sacra in verb. Calix* §. 2.

Calices stannei nulla Ecclesiæ lege prohibiti sunt; immo cernitis in calibus expressè permissi.

§. 4. Quod verò spectat ad alteram optati Indulti partem, satis quidem constat in Ecclesia Latina nequaquam celebrari posse Incruentum Missæ Sacrificium, nisi super Altari, quod vel totum ritè consecratum fuerit, vel saltem superimpositum habeat consecratum Lapidem, qui *Tabula Altaris* nuncupatur; qua etiam de re egimus in dicto Tractatu *de Sacrificio Missæ cit. sect.* 1. §. 2. *et seq.* In Græca autem Ecclesia hujusmodi Sacrati Lapides minimè sunt in usu; sed ibi a pluribus tam sæculis in more positum est, ut, ubi Altare solemni consecratione totum dedicatum non fuerit, loco Lapideæ hujusmodi Tabulæ, super Altaris Mensa aptetur Linteum quoddam Episcopali benedictione consecratum, in cujus angulis Sanctorum Reliquiæ

Missæ apud Latinos celebrari nequeunt, nisi super consecrato Altari lapideo, vel fixo vel portatili.

Græci celebrant etiam super linteo consecrato quod

PONT. A. XI.

vocant *Antimension.*

reconditæ sunt, quodque vocatur *Antimension*, et super ipso Sacra Mysteria conficiantur; ut apud Auctores de rebus Liturgicis tractantes videre licet, Goar. *in notis ad EuchＯlog. Græcor. pag.* 521. *Venetæ Editionis;* Christianus Lupus *in Synodos General. et Provincial. in dissert. de S. Leonis IX. actis cap.* 13. *Bruxellen. Editionis part.* 3.; Renaudot *in Collectione Liturgiarum Oriental. tom.* 1. *pag.* 182. *Edit. Parisien.*; Magri *in notitia vocabulor. Ecclesiasticor. in verb. Antimensia;* Card. Bona *Rer. Liturgicar. lib.* 1. *cap.* 20. §. 2. ejusque Commentator Robert. Sala *tom.* 2. *pag.* 70. *num.* 4. *Taurinen. Editionis.*

Horum consuetudo non improbatur.

§. 5. Quum verò nunquam Ecclesiæ Latinæ mens fuerit, ut Græcorum Ritus destrueret, quin potiùs eorum semper conservationi, quantum fas esset, nec non eorumdem apud Græcos Fideles observantiæ prospexerit; nunquam proinde Missarum celebrationem, quæ super hujusmodi Antimensiis a Græcis Catholicis fit, improbavit; sed eam, et quidem non in partibus Orientis dumtaxat, verùm etiam inter Italo-Græcos, permitti expressè declaravit; ut videre licet tum in Institutione per fel. rec. Prædecessorem nostrum Clementem Papam VIII. edita, tum in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis, Bullarii nostri tom. I. Constit.* 57. §. 6. *num.* 17. (*Hujus Edit. Vol. I. pag.* 360.)

Sed ea prohibetur Latinis, ubi non desunt Ecclesiæ Latini Ritus et Altaria Lapidea.

§. 6. Quum verò in iis Regionibus, in quibus Italo-Græci sunt, Latini quoque frequentes habitent, atque ibidem tam unius, quàm alterius Ritus Ecclesiæ adsint, ita ut absque ullo impedimento, et sine gravi incommodo unusquisque Presbyter proprii Ritus Ecclesiam adire valeat; nulla sanè causa est, ob quam Latinis earum partium Presbyteris permitti debeat, contra constantem Ecclesiæ Latinæ disciplinam, sine Sacrata Altaris Lapidea Tabula Missas celebrare, easque super Græcorum Antimensiis offerre; quod ipsis proinde in citata nostra Constitutione vetitum fuit, *eodem* §. 6. *num.* 19.

§. 7. Sed aliter se res habent, ubi de Regionibus agitur, in quibus Latini Presbyteri ab Ecclesiis Latini Ritus longè degentes, quum Sacratas Lapideas Tabulas per longa itinera sine gravi incommodo, et sine periculo eas confringendi, secum deferre nequeant, vel Missæ celebrationem penitùs omittere, et sic Latinos Fideles sine Sacrificio proprii Ritus, et sine Mysteriorum participatione relinquere, vel eam super Græcorum Antimensiis peragere compelluntur. In hujusmodi rerum circumstantiis, Apostolicæ Sedis provida indulgentia jamdudum enituit, quum scilicet anno MDCII. ad supplicationem tunc existentis Episcopi Vilnensis prædictæ Cardinalium Inquisitorum Generalium Congregationi hac de re exhibitam, ipso etiam Prædecessore Nostro Clemente Papa VIII. approbante, rescriptum fuit: *Sacerdotes Rutheni non Schismatici, in Ecclesiis Catholicorum Ritus Latini, Altaribus, Calicibus, et Vestibus Sacris eorumdem Catholicorum uti, et Missam celebrare possint, in casu necessitatis, ac etiam solum devotionis causâ, dummodo Ritu Rutheno celebrent. Et e contra Sacerdotes Ritus Latini in Ecclesiis Ruthenorum non Schismaticorum, Altaribus, et Calicibus, ac Vestibus Sacris uti, et Missam celebrare valeant, Ritu tamen Latino. Et prædicta serventur secluso omni scandalo, et de licentia Prælatorum, et Rectorum ipsarum Ecclesiarum.*

ANNO 1751.

Peculiares tamen necessitates Locorum de quibus agitur, dispensationem concedendam suadent.

Similis Indulti exemplum datum est an. 1602. pro Diœcesi Vilnensi.

§. 8. Nos igitur, præmissæ necessitatis intuitu, atque etiam hujusmodi Decreti consideratione adducti, præsentium litterarum tenore, atque ex certa scientia, et Apostolicæ auctoritatis plenitudine, salvis præfati Clementis VIII., nostrisque super Ritibus Italo Græcorum editis Constitutionibus, et Ordinationibus, non modo relatum superiùs Decretum approbamus, et confirmamus; verùm etiam præfatis omnibus Missionariis, aliisque Sacerdotibus Latinis in tota Russia Polonica nunc et pro tempore commorantibus, ut ipsi, et eorum quilibet, in Eccle-

Pontifex indultum illud confirmat, et reliquis Presbyteris Latinis in Russia Polonica degentibus indulget juxta petita.

PONT. A. XI.

siis Ruthenorum Unitorum, deficientibus Lapideis Altarium Tabulis ritè consecratis, super Sacris eorumdem Ruthenorum Antimensiis Missarum Sacrificia celebrare, atque etiam, ut supra dictum est, in hujusmodi celebratione eorumdem Calicibus stanneis uti liberè, et licitè possint, et valeant, concedimus, et indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, seu Generalium, aut Provincialium, vel Synodalium Conciliorum contrariis Constitutionibus, et Ordinationibus, sive Locorum, Personarum, aut Ordinum Statutis, Ritibus, Usibus, et Consuetudinibus etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Contrariis derogat.

Proprium tamen Ritum ab unoquoque Sacerdote servandum decernit juxta Constitut. S. Pii V.

§. 9. Volumus autem, sicut in præmisso Decreto expressè cautum reperitur, ut dicti Missionarii, et Sacerdotes Latini, etiam quum eos, vigore præsentis concessionis, super Ruthenorum Unitorum Antimensiis Missam celebrare contigerit, Latino semper Ritu eamdem celebrare teneantur; firma nimirùm, et in suo robore permanente Apostolica Constitutione a fel. rec. Prædecessore quoque Nostro Sancto Pio Papa V. edita, quæ incipit: *Providentia Romani Pontificis*, *constitut.* 12. *tom.* 2. *Bullar. Rom. Edit. Luxemburg.*, per quam omnes facultates, et Indulta, tam Græcis, ut Missas, et Divina Officia Latino ritu celebrare possent, quàm etiam Latinis concessa, ut eadem Græco Ritu peragere valerent, revocata, atque perpetuò sublata fuerunt; quamque Nos etiam earundem præsentium tenore, quatenùs opus sit, dictaque auctoritate, confirmamus, et innovamus.

Nec hujusmodi Indulto locum esse vult in Ecclesiis, aut Oratoriis Latinis.

§. 10. Volumus insuper, ut iidem præsenti Indulto celebrandi super Græcorum Antimensiis, in prædictorum Ruthenorum Ecclesiis dumtaxat (quemadmodum etiam in præmisso Decreto legitur) uti, et gaudere possint; si verò eosdem in aliqua Latina Ecclesia, seu in domesticis Latinorum Oratoriis, quæ forsan auctoritate Apostolica in hujusmodi Latinorum privatis Domibus, cum licentia celebrari fa-

ciendi, quæ adhuc vigeat, erecta fuerint, Sacrosanctum Sacrificium offerre contigerit, illud vel super Altari consecrato, vel super Lapidea pariter consecrata Tabula, quæ etiam *Altare portatile* appellatur, non autem super Antimensiis hujusmodi, celebrare omnino debeant. ANNO 1751.

§. II. Volumus denique, ut præsentium litterarum exempla, etiam impressa, publici Notarii subscriptione, et Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ Sigillo munita, eamdem omnino, ac ipsæ præsentes, ubicumque opus fuerit, fidem, et auctoritatem obtineant. Transumptis fidem haberi jubet.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ Concessionis, Indulti, Statuti, Decreti, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. IV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Undecimo. Dat. die 29. Martii 1751.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

XLIV.

## GRÆCI RITUS

Observantia, et Linguæ Græcæ studium Monachis Ordinis Sancti Basilii injungitur, et commendatur.

*Dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, et Vocalibus Ordinis Sancti Basilii Magni ad Capitulum Generale convocatis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Procemium.

Etsi persuasum habemus, præclari Ordinis vestri in Catholica Ecclesia celeberrimi rationes, et instituta, quæ ad Generalia Comitia vos acciverunt, vos etiam, Dilecti Filii, satis admonere, qua cura, qua solertia, qua charitate, quo zelo omnia Religionis vestræ negotia peragenda sint; ad singularem tamen nostram erga eumdem Ordinem vestrum benevolentiam vobis commonstrandam, facere non possumus quin Comitiorum vestrorum studia ad confirmandam adaugendamque regularem disciplinam paternis monitis excitemus.

Abbatis Generalis electionem, aliaque in Capitulo statuenda in Ordinis utilitatem cedere Pont. cupit.

§. 1. Ac primùm quidem, Dilecti Filii, a vobis exposcimus, et vehementer vos hortamur, ut communibus animis unum Deum præ oculis habentes, eum laudatissimo Ordini vestro Abbatem Generalem præficere satagatis, qui inter cæteros Abbates, ad quos spectat, prudentia, doctrina, atque emeritis religiosæ vitæ stipendiis præcellens, regularem observantiam exemplis accendat, charitate foveat, auctori-

tate tueatur. Deinde verò providentiam, zelumque vestrum requirimus, ut, sicubi fortasse observantiæ ardor intepuerit, aut degeneres a pristina religione mores irrepserint, salutaribus statutis emendare studeatis.

Anno 1751.

§. 2. Quoniam autem inter illustria Ordinis vestri decora illud omni procul dubio maximoperè commendatur, quod Catholicus Græcæ Ecclesiæ Ritus, post tot, tamque varias ejusdem Ecclesiæ Græcæ ab hæreticis, et schismaticis perturbatæ vices, ad hæc usque tempora in eo servatur; oportet, ut omnem operam, studiumque impendatis, quo idem Græcus Ritus, et juxta Apostolicæ Sedis præcepta, atque in Generalibus Capitulis, et Diætis Ordinis vestri decreta, deinceps integrius custodiatur. Eapropter Nos, quibus maximè cordi est, ut exacta ejusdem Græci ritus custodia in Monasteriis pro Ritu Græco constitutis stabilis perseveret, vobis, Dilecti Filii, Apostolica auctoritate nostra injungimus, et mandamus, ut omnia et singula hujusmodi decreta ad annum usque millesimum septingentesimum quadragesimum secundum edita, iterum in Capitulo Generali quamprimum per vos celebrando renovetis, confirmetis, et omnino servanda districtè præcipiatis. Quin immo vos certiores esse cupimus, Pontificiæ sollicitudini nostræ pergratum, jucundumque futurum, si in sæpedicto Capitulo Generali novas quoque, consentaneasque eidem Græco Ritui magis magisque stabiliendo, provehendoque, Ordinationes Constitutionesque præscripseritis.

Græci Ritus observantiam in Ordine S. Basilii custodiendam suadet.

Statuta jam pridem super hoc edita integrari mandat.

Et nova opportunè constitui.

§. 3. Præterea, ut paterni animi nostri sensus hac super re Vobis testatiores sint, volumus itidem, atque præcipimus, ut Abbates Monasteriorum Græci Ritus, etiamsi Muneribus, et Officiis, vel Procuratoris Generalis, vel Visitatoris, vel Definitoris Generalis fungantur, ad Missam tamen Ritu Græco celebrandam teneantur, sub severioribus Ecclesiasticis pœnis, et censuris, etiam privationis munerum, et

Abbates, Priores, et Magistros Monasteriorum Græci Ritus nulla ratione eximi posse

PONT. A. XI.

Statuit a celebratione Missæ sub eodem ritu, et a pœnis adversus contrafacientes inflictis.

Officiorum, et privationis vocis activæ, et passivæ; quemadmodum in Diæta in hac alma Urbe nostra anno MDCLVIII. habita præscriptum, ordinatumque fuit. Eidem pariter obligationi Missam Ritu Græco celebrandi, et pœnis, ac censuris obnoxios esse declaramus, et mandamus Priores, et Magistros memoratorum Ritus Græci Monasteriorum; cum una, aut duæ Missæ, quæ Latino Ritu juxta Apostolicas Constitutiones in ipsis Ritus Græci Monasteriis, in quibus sex vel plures Monachi reperiuntur, celebrari possunt, per Monachos simplices, ut dicitur, non graduatos celebrari debeant.

Decreta super his edita, et edenda ad se deferri præcipit, Apostolica auctoritate confirmanda.

§. 4. Denique volumus, et mandamus, ut omnia, et singula Decreta, et Statuta tam in antecedentibus Capitulis Generalibus, et Diætis pro stabilitate, et firmitate Græci Ritus condita, et ordinata, quàm ea insimul, quæ in Capitulo mox celebrando pro dicti Ritus Græci manutentione fieri, et præscribi contigerit, post Capituli hujusmodi celebrationem ad Nos deferantur, ut, quo firmius subsistant, et serventur exactiùs, Apostolica auctoritate nostra approbemus, et confirmemus, et inviolabili Apostolicæ firmitatis patrocinio muniamus.

Linguæ Græcæ studium enixè commendat.

§. 5. Porrò facile Nobis persuademus, Vos probè intellecturos ex iis, quæ ad custodiendum, confirmandumque in Ordine vestro Græcum Ritum præscripta sunt, opus esse, ut Græcæ Linguæ peritiam, non illam quidem levem, et extimam, sed illam verò perfectam, et omnibus numeris absolutam, ad sanas, candidasque Auctorum sententias callendas necessariam, ediscatis, et comparetis; ac proinde, ut in hujusmodi studium Græci idiomatis pro viribus incumbatis, etiam atque etiam Vos adhortamur, et incitamus.

§. 6. Interim ad prosperi successus, et cœlestis præsidii auspicium Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, studiosæ nostræ erga Vos voluntatis pignus, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. April. MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo. Anno 1751. Dat. die 20. Aprilis 1751.

*Cajetanus Amatus.*

## BASILICÆ LATERANENSIS XLV.

**Indulgentiæ confirmantur: Illæ verò, quæ Ecclesiis ipsius Filialibus, seu ipsis aggregatis, hactenùs communicatæ fuerunt, suspenduntur; et interim eisdem aliæ Indulgentiæ, et gratiæ spirituales conceduntur, seu respectivè communicari permittuntur.**

# BENEDICTUS EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Assiduæ sollicitudinis debitum Nobis unà cum Universæ Ecclesiæ regimine impositum agnoscentes, in id potissimùm vigilantiæ nostræ studia conferimus, ut quæ salubriter a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus constituta sunt, ab omnibus, præsertim in Alma Urbe nostra, et ab iis, quorum specialis cura Nobis imminet, observentur, et impleantur, prout Ecclesiasticæ disciplinæ integritati, ac personarum, rerumque rationibus convenire in Domino judicamus. Procemium.

§. 1. Dudum siquidem, postquam fel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa VIII. die vii. Sept. Anno MDCIV., providam ediderat Constitutionem, quæ incipit: *Quæcumque a Sede Apostolica, per quam*, ad tollendas pravas quas- Clemens VIII. opportunas leges præscripsit

PONT. A. XI.

In Aggregationibus, et Indulgentiarum communicationibus observandas.

dam consuetudines, quæ irrepserant in usu facultatum a Sede Apostolica concessarum nonnullis Regularium Ordinibus, ac Sæcularium Christifidelium Archiconfraternitatibus, et Congregationibus, tam in Urbe prædicta, quàm in aliis Christiani Orbis partibus institutis, erigendi videlicet, instituendi, ac etiam sibi aggregandi Confraternitates, et Congregationes, eisque communicandi Privilegia, Indulgentias, Facultates, aliasque spirituales Gratias, et Indulta sibi respectivè concessa, facultates prædictas moderando, opportunas leges, certamque formam, et modum in hujusmodi erectionibus, institutionibus, seu aggregationibus, et respectivè communicationibus observanda præscripserat, aliaque decreverat, et constituerat, quæ in ejusdem Clementis Litteris prædictis in forma Brevis expeditis latiùs continentur;

Paulus V. intelligit, Capitulum Lateranense alia forma uti in erectionibus, et subjectionibus Ecclesiarum etc.

§. 2. Quum procedentibus annis recolendæ quoque memoriæ Prædecessor Noster Paulus Papa V. accepisset, Basilicæ Lateranensis Capitulum et Canonicos, diversas ubique constitutas Ecclesias, vel Cappellas, seu Altaria, vel Oratoria, eidem Basilicæ submittere, subjicere, annectere, incorporare, ac in Basilicæ prædictæ membra recipere solere, eisdemque non minùs, quàm aliis Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, seu Oratoriis, et Piis Locis in solo Lateranensi ædificatis, et constructis, varias Indulgentias, Facultates, aliasque spirituales Gratias, Indulta, et Privilegia concedere, dictæ Constitutionis a Clemente VIII. editæ formâ, propterea quod ejusdem Basilicæ jura et Privilegia sub illius dispositione minimè comprehensa esse contenderent, non servatâ;

Clementinæ Constitutionis leges ad illud expressè extendit.

§. 3. Hinc idem Paulus Prædecessor, volens hujusmodi Clementis Constitutionem ab eisdem Lateranensis Ecclesiæ Capitulo et Canonicis, non secùs ac ab aliis quibuscumque jus et facultatem communicandi Indulgentias habentibus, illisque utentibus, sine discrimine, ut par erat, observari, peculiaribus editis Lit-

teris sub Annulo Piscatoris die XXII. Novembris Anni MDCX., ipsam prædictam Clementis Constitutionem, cum omnibus ejus clausulis, et Decretis, ad prædictæ Basilicæ Capitulum et Canonicos; ad effectum videlicet, ut nullas exindè in posterum Indulgentias, nisi ejusdem Constitutionis forma servata, et Apostolica dumtaxat auctoritate, communicare possent, expressè extendit; et ab ipsis, perinde ac si eorum expressa mentio in dictis Clementis Litteris facta fuisset, perpetuis futuris temporibus sub pœnis in eisdem Litteris contentis, inviolabiliter observari præcepit; volens nihilominus, ut Indulgentiæ, peccatorum remissiones, gratiæ, et privilegia per dictum Capitulum et Canonicos, ad eum diem, vigore Indultorum eis a Sede Apostolica concessorum, hujusmodi Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, et Locis Piis concessa, et communicata, in suo robore permanerent.

Anno 1751.

Salvis tamen Indulgentiis eo usque communicatis in vim Indultorum Apostolicorum.

§. 4. Quum tamen hujusmodi Indultorum frequens quidem in Litteris Apostolicis mentio, et confirmatio appareret; sed de eorundem verò tenore, ob temporum antiquitatem, et varias a dicta Lateranensi Ecclesia, ejusque Capitulo passas vicissitudines, certa scientia minimè haberetur; proindeque plenaria dictarum Clementis VIII., et Pauli V. Litterarum executio prævium altioris indaginis judicium requirere videretur; hinc factum est, ut, et veterum concessionum, sive communicationum hujusmodi renovationes a prædictis Capitulo et Canonicis fieri perrexerint juxta formam ab ipsis antiquitùs usitatam; et quum deinceps piarum personarum, sive Universitatum preces eisdem pro novis Ecclesiarum, Altarium, aliorumque Locorum Piorum erectionibus, seu submissionibus, et incorporationibus oblatæ fuerunt, simul etiam a Romanis pro tempore Pontificibus licentia impetrari consueverit, ut Indulgentiarum communicatio ab ipsis pro ea vice, non obstantibus Clementis, et Pauli Prædeces-

Ob deperdita Indultorum monumenta, nihil innovatur in renovationibus communicationum.

Et novæ communicationes pendente Indultorum Indagine, sub antiqua forma concedi pergunt.

PONT. A. XI.

sorum præfatorum Constitutionibus hujusmodi, juxta eamdem veterem formam concedi posset.

In hac veteri forma aliqua inveniuntur, quæ controversiis causam præbent, et a Congregatione Indulgentiarum corrigenda judicantur.

§. 5. Sed quum in hujusmodi communicationis forma, et in subscripto Indulgentiarum Summario, præter alia præfati Clementis VIII. Constitutioni parum consentanea, illud etiam animadversum fuerit, quod scilicet complures Indulgentiæ speciales, quæ ex justa Romanorum Pontificum erga præfatam Lateranensem Basilicam liberalitate, ob ejus præcellentem in Universo Catholico Orbe Dignitatem, ipsi Basilicæ concessæ fuerunt, ad omnes extenderentur Ecclesias, Cappellas, Altaria, Oratoria, et Loca Pia eidem quoquo modo subjecta, et incorporata, contra præsumptam ipsorum concedentium mentem, et contra probatam Apostolicæ Sedis in Indulgentiarum dispensatione disciplinam; adeo ut nonnulli etiam Episcopi pro commissa sibi a Concilio Tridentino adversus irregulares Indulgentiarum promulgationes inspectione, et vigilantiâ, officii sui debitum reputaverint earum publicationi se opponere; indeque plures ortæ fuerint lites, et controversiæ, quæ Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis, et Sacris Reliquiis præpositæ zelum excitarunt, ut, opportuna tandem ratione, et Apostolica auctoritate, hujusmodi deordinationibus remedium afferri debere judicaret:

Pontifex temporaneum remedium excogitat.

§. 6. Nos, omnibus visis, atque perpensis, quæ coram dicta Cardinalium Congregatione, præfatis Capitulo et Canonicis pluries auditis, agitata fuerunt, quum nondum in clara luce positum conspexerimus, an, et quæ facultas eisdem Capitulo, et Canonicis circa Indulgentiarum hujusmodi communicationem, et extensionem ad Ecclesias, et alia Loca Pia, quæ inter Basilicæ prædictæ membra connumerantur, a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus concessa fuerit; ad memoratas lites, et controversias interea sedandas, aliasque opportunè

præcavendas, utque dictorum Capituli et Canonicorum, nec non Rectorum, Administratorum, ac Officialium dictarum Ecclesiarum, aliorumque Piorum Locorum hujusmodi, et respectivè Ordinariorum Locorum, et quorumcumque Christifidelium quieti, et securitati, ac spiritualibus profectibus paternè consulamus, Motu proprio, et certa scientia, infrascriptas Leges, et Ordinationes circa præmissa, præsentium Litterarum tenore, et Apostolica auctoritate duximus statuendas. ANNO 1751.

Indulgentias Basilicæ, et in ea proponi solitas, præservat et confirmat.

§. 7. In primis videlicet, omnes, et singulas Indulgentias, et peccatorum, seu pœnarum remissiones, et relaxationes, aliasque gratias spirituales tam pro vivis, quàm pro defunctis, dictæ Basilicæ Lateranensi a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus concessas, quæ jamdudum, ipsis Romanis Pontificibus scientibus, et consentientibus, publicè in eadem Basilica proponi consueverunt, etiamsi de illarum primæva concessione certa monumenta nunc non appareant, prædictis Motu, scientia, tenore, et auctoritate approbamus, et confirmamus, eidemque Basilicæ, perinde ac si per præsentes ex integro ipsi concederentur, sine ulla contradictione competere declaramus, atque decernimus.

Eas verò quæ aliis Ecclesiis a Capitulo hactenus communicatæ, vel extensæ fuerunt, suspendit usque ad exitum judicii.

§. 8. Quo verò ad eas Indulgentias, et remissiones, seu relaxationes hujusmodi, quæ a prædictis Capitulo et Canonicis hactenùs quibuslibet Ecclesiis, Altaribus, Cappellis, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis ejusdem Basilicæ membris, eidemque subjectis, et incorporatis, ubicumque existentibus, quorumlibet Indultorum, Privilegiorum, aut Facultatum vigore, sive generaliter, et ad instar, sive specialiter, et nominatim communicatæ fuerunt, sive etiam ex directa Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum concessione ad illas, et illa extensæ dici possent, quæcumque illæ sint, Nos eas omnes et singulas, simili Motu, auctoritate, et te-

PONT. A. XI.

nore, interim suspendimus, et tamdiu effectu carere volumus, et decernimus, donec, prolatis authenticis Indultorum, Privilegiorum, et facultatum hujusmodi monumentis, de certa prædictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum voluntate; et concessione, quoad communicationes, et extensiones hujusmodi, Nobis, vel Successoribus Nostris, seu dictæ Congregationi constiterit.

Interim iisdem Ecclesiis alias ipse directè concedit.

§. 9. Interea tamen, easdem Ecclesias, Altaria, Cappellas, Oratoria, Confraternitates, et Loca Pia dictæ Basilicæ membra, hactenùs erecta, seù eidem subjecta, et incorporata, ubicumque existentia, Nos infrascriptarum Indulgentiarum, et gratiarum spiritualium, quæ usque ad statutum suspensionis prædictæ terminum valituræ sint, muneribus ditare decrevimus.

In quinque solemnitatibus per annum Plenariam.

§. 10. Omnibus nimirùm utriusque sexus Christifidelibus, qui illas, et illa in Ascensionis Domini Nostri JESU CHRISTI, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, S. Joannis Evangelistæ, et Dedicationis ejusdem Lateranensis Basilicæ diebus Festis, verè pœnitentes, et confessi, ac Sacra Communione refecti, a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi devotè visitaverint, ibique pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, et Christianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, quolibet ex diebus prædictis, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

In octo Festis Sanctorum Apostolorum septem annos, et totidem quadragenas.

§. 11. Iis verò, qui in reliquis Sanctorum Apostolorum Festis, nimirùm Andreæ, Jacobi, Thomæ, Philippi et Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Judæ, ac Mathiæ, verè pœnitentes, et confessi præmissa peregerint, septem Annos, et totidem Quadragenas.

§. 12. Qui autem illas, et illa a Dominica prima Adventus, usque ad Festum Nativitatis Domini Nostri JESU CHRISTI, et a Feria IV.

Cinerum usque ad Festum Resurrectionis Dominicæ, verè pœnitentes, et cum proposito saltem confitendi, visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, singulis diebus, quibus id egerint, quatuor Annos, et totidem Quadragenas, in reliquis autem singulis Anni diebus, centum dies de injunctis eis, seu aliàs debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

ANNO 1751.

In diebus Adventus et Quadragesimæ, quatuor annos, et totidem quadragenas.

§. 13. Denique ut ii, qui in diebus Stationum ejusdem Ecclesiæ Lateranensis in Missali Romano descriptis, videlicet Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum, Feria V. in Cœna Domini, Sabbatho Sancto, Sabbatho in Albis, Feria III. Rogationum, et Sabbatho in Vigilia Pentecostes, aliquam ex dictis Ecclesiis, aliisque superiùs expressis, cum dicto pœnitentiæ affectu, et confessionis proposito visitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, Indulgentias stationales, quas visitantes dictam Ecclesiam Lateranensem iisdem diebus consequuntur, ipsi quoque, perinde ac si eandem Ecclesiam personaliter visitarent, consequi possint, et valeant, similiter concedimus, et indulgemus.

In reliquis diebus per annum, centum dies.

Ac demum Indulgentias Stationales in diebus Stationum ipsius Basilicæ.

§. 14. Quocirca Dilectis Filiis Capitulo et Canonicis prædictæ Ecclesiæ Nostræ Lateranensis per præsentes injungimus et mandamus, ut omnes et singulos dictarum Ecclesiarum, Altarium, Cappellarum, Oratoriorum, Confraternitatum, et Locorum Piorum ubique existentium respectivè Rectores, sive Administratores, aut Officiales, sive Ministros, de suspensione hujusmodi, simulque de præmissarum Indulgentiarum et Gratiarum interea, ut præfertur, duratura concessione, per Nos factis, quamprimùm instructos reddant per eorum Litteras Missivas, cum adjunctis præsentium Nostrarum Litterarum Transumptis, seu Exemplis; quibus, etiamsi Typis descripta fuerint, eorundem sigilli impressione, ac Secretarii subscriptione munitis, eandem omnino fidem, quæ ipsis præsentibus haberetur, ubique habendam fore de-

Suspensionem, et concessionem hujusmodi per Ecclesias nunciari mandat.

Præsentium exemplis auctoritatem tribuit.

cernimus; ad hoc ut ipsi Rectores, Administratores, Officiales, atque Ministri dictas Indulgentias et gratias spirituales, servatis omnibus ex Concilii Tridentini, et ex prædicti Clementis VIII. aliorumque Romanorum Pontificum præscripto in Indulgentiarum promulgatione, atque etiam in Eleëmosynarum perceptione, earumque erogatione servandis, promulgare, et proponere valeant.

Durante suspensione præmissas tantummodo Indulgentias a Capitulo in renovationibus exprimi jubet.

§. 15. Iisdemque Capitulo et Canonicis mandamus pariter, et injungimus, ut renovationum Litteras, quas deinde favore hujusmodi Ecclesiarum, Altarium, aliorumque præmissorum, durante suspensione hujusmodi, expedient, ita reforment, ac moderentur, ut Indulgentias dumtaxat superiùs a Nobis concessas, et quidem expressè, ac nominatim, facultate sibi per præsentes a Nobis impertita, nec ullas alias quomodocumque, eadem suspensione durante, illis communicent.

Novas Ecclesiarum etc. erectiones et receptiones ad formam Constitutionis Clementinæ, et præsentium Litterarum, faciendas decernit.

§. 16. In novis autem aliarum Ecclesiarum, Cappellarum, Altarium, Oratoriorum, Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum erectionibus, incorporationibus, et receptionibus, quas in posterum ab ipsis Capitulo et Canonicis fieri contingat, volumus, atque præcipimus, ut, juxta memoratam superiùs Pauli V. declarationem, præter alia in hujusmodi actibus observanda, providas quoque Leges circa Indulgentiarum communicationes a præfato Clemente VIII. Prædecessore in dicta ipsius Constitutione, quæ incipit : *Quæcumque*, latas, atque sancitas, juxta sequentem modum, omnino observent; ut scilicet in singulis Civitatibus, Oppidis, vel Locis, unam dumtaxat ex hujusmodi Ecclesiis seu Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis quomodocumque nuncupatis, dictarum Indulgentiarum communicationis munere ditare possint, dummodo Ecclesia, aut Oratorium ipsis subjectum, seu illa Ecclesia, in qua Cappella, vel Altare prædictum extiterit, Regularium, aut Monialium

non sit, nec Ecclesia, Cappella, Altare, Oratorium, Pius Locus, aut Confraternitas hujusmodi ulli alteri Ecclesiæ, aut ulli Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, et Congregationi, a qua Indulgentiarum communicationem, seu participationem obtineat, aggregata sit, aut subjecta; et dummodo ejusdem Ecclesiæ, Cappellæ, Altaris, seu Oratorii celebritas, vel Confraternitatis, aut Loci Pii institutum, et Christianæ pietatis, et Charitatis officia, quæ exercere consuevit, Ordinarii Loci Testimonialibus Litteris apud eos commendentur. Facultatem tamen indulgendi, prout aliàs in certis casibus ab Apostolica Sede benignè indulgeri consuevit, ut in una, eademque Civitate, aut Oppido, duabus Ecclesiis, seu Cappellis vel Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Piis, ubi speciales id circumstantiæ suadent, hujusmodi Indulgentiarum communicatio a dictis Capitulo et Canonicis concedi possit, prædictæ Cardinalium Congregationi per præsentes tribuimus, et impertimur. ANNO 1751.

§. 17. Porrò hujusmodi Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, et Locis Piis, supra expressæ Indulgentiæ, et gratiæ spirituales tantùm, et non aliæ, suspensione hujusmodi durante, a dictis Capitulo, et Canonicis, et quidem nominatim, facultate sibi per præsentes a Nobis impertita, aliisque servatis, quæ in dicta Clementis Prædecessoris Constitutione, præsertim circa gratuitam Litterarum expeditionem, atque in Decretis a dicta Congregatione die VI. Martii Anni MDCVIII. et die X. Aprilis Anni MDCCXX. editis, statuta sunt, communicari valeant. Ab illarum verò, eorumque Rectoribus, Administratoribus, Officialibus, et Ministris, in earundem Indulgentiarum publicatione, nec non eleëmosynarum receptione, et erogatione, aliæ similiter Leges, in Tridentini Concilii Decretis, et in supradictis Clementis VIII. Litteris, aliisque Romanorum Pontificum, et Apostolicæ Sedis Constitutioni-

Iisque præmissas dumtaxat Indulgentias, durante suspensione, communicari, ser. ser. publicandas.

PONT. A. XI. bus, atque Decretis præscriptæ; sub pœnis ibidem adversus transgressores respectivè statutis, inviolabiliter serventur, et impleantur.

Clausulæ salutares. §. 18. Præsentes autem Litteræ, atque omnia, et singula in ipsis contenta, atque statuta, etiam ex eo, quod Capitulum et Canonici prædicti, aliique in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem non consenserint, nec ad ea vocati, aut super singulis præmissis forsan auditi fuerint, aliave qualibet de causa, nullatenùs impugnari, seu de voluntatis nostræ, aliove quovis defectu redargui possint; sed a prædictis omnibus, et aliis quibuscumque, ad quos pertinet, seu pro tempore pertinebit in posterum, in omnibus, et per omnia observentur, et respectivè iis, quorum favorem concernunt, seu concernent in futurum, plenissimè suffragentur. Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, et Apostolicæ Sedis Nuntios, seu nostros, ejusdemque Sedis, etiam de Latere Legatos, aliosque S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, in præmissis judicari debeat, et interpretari. Nos enim his omnibus, et singulis aliter judicandi, et interpretandi facultatem interdicimus, et abrogamus per præsentes, atque etiam irritum, et inane decernimus, si quid secus circa præmissa per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter fieri, vel attentari, aut respectivè judicari, et interpretari contigerit.

Derogationes generales, et speciales. §. 19. Non obstantibus præmissis Clementis VIII. et Pauli V. quatenùs præsentes iisdem per omnia conformes non inveniantur, nec non fel. rec. Sixti Papæ V. quarum initium est: *Si cunctas*, atque etiam de jure quæsito non tollendo, de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis Constitutionibus, et Ordinationibus, dictæque Congregationis die xi. Junii Anni MDCLXXIX. ac xxvii. Maji MDCCXXXII. et xxiii. Februarii MDCCXXXIV. editis Decretis, et Resolutionibus; Privilegiis

quoque

quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis dictæ Basilicæ, illiusque Archipresbytero, Capitulo, et Canonicis forsan concessis, atque etiam pluries confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis et insertis, et formas pro observatis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, et ad præmissorum effectum, harum serie specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. ANNO 1751.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationis, suspensionis, concessionis, impertitionis, relaxationis, indulti, mandati, statuti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI. pridie Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Undecimo. Dat. die 6. Maji 1751.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die 2. Junii, ejusdem Anni.*

XLVI.

# SPICARUM COLLECTIO

Post messem Pauperibus non impedienda per totam Ditionem Ecclesiasticam decernitur, additis pœnis, opportunisque legibus et conditionibus.

# BENEDICTUS EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Procemium.

EX commisso Nobis Apostolicæ sollicitudinis munere libenter ea omnia prosequimur, quæ Nostrorum Subditorum commodum, atque utilitatem respiciunt; sed ad ea potissimùm animum Nostrum intendimus, per quæ Pauperum necessitatibus, et miserorum indigentiis consulitur.

Pauperum causa jam pridem Pontificem ad scribendum excitavit.

§. 1. Aliàs siquidem, nempe sub die 22. Maji anni 1742. Pauperum querelis excitati, Epistolam Encyclicam dedimus ad Ven. Fratres Nostros Archiepiscopos, et Episcopos Ecclesiasticæ Nostræ Ditionis, quæ postea Bullarii Nostri Tomo primo inserta, ordine quinquagesima sexta est; (†) in qua pauperum causam, hoc est causam Dei, eis commendantes, præcepimus, ut omnem adhiberent diligentiam, ne, messe facta, pauperes, et egeni prædiorum aditu ad colligendas Spicas, vel in terra relictas, vel a Messoribus præteritàs, arcerentur; injungentes insuper, ut in iis locis, ubi hujusmodi consuetudo Spicarum collectionem permittendi recepta esset, omnino retineretur; ubi verò non adhuc esset, omni studio introduci curaretur, quemàdmodum ex ipsius Epistolæ serie cognosci potest.

(†) *Hujus Edit. vol.* 1. *p.* 338.

§. 2. Epistolæ autem Nostræ quibusdam in Locis plenè obtemperatum est, in aliis verò ejus executio adhuc desideratur, ob aliquorum animi duritiem, qui nullo, aut modico miseriarum proximi sui sensu tanguntur, aut ob difficultates, quæ in illius executione enatæ sunt; siquidem intelleximus, plures timuisse, ne, si liber pauperibus ingressus ad colligendas in prædiis Spicas, quæ post messem supersunt, permitteretur, aliquod inde damnum substantiis suis, quod prorsùs nolumus, oriretur. Itaque necesse duximus, novas ordinationes, novasque regulas præscribere; nolentes, quantum in Nobis est, in re tanti momenti, scilicet in ferenda ope miseris, atque egenis sublevandis, qui si minus in extrema, certè in gravi auxilii necessitate versantur, nostras partes desiderari, et Nos debitores Deo constituere.

Anno 1751. Agnita exhortationum inutilitate, ad præcipiendum denique aducitur.

§. 3. Nostro igitur consilio, nostrique animi desiderio inhærentes, cum nuper a Nobis cognitum, atque intellectum fuerit in quibusdam Principatibus, ac Dominiis lege lata juberi, et præcipi, ut liber pauperibus in prædia relinquatur aditus ad legendas, quæ post messem reliquæ sunt, Spicas, easque ad proprias domos ferendas: hac Nostra in perpetuum valitura sanctione, Motu proprio, ex certa scientia, ac plenitudine potestatis, volumus, præcipimus, jubemus, ac mandamus, ut exordiendo a proxima futura frumentorum messe, atque ita deinceps in futurum, in universo Statu, Nobis, et Sedi Apostolicæ mediatè, aut immediatè in temporalibus subjecto, messe facta, a Dominis prædiorum liberum omnino Spicilegium pauperibus permittatur, ita ut sine ullo impedimento Spicas, vel solo dispersas, vel a Messoribus præteritas legere, easque familiis suis domum importare possint. Indigna enim, atque indecens prorsùs Nobis visa res est, ut in aliis Dominiis hujusmodi subsidio, et solatio pauperum constitutis legibus consulatur; in nostro autem Ecclesiastico Temporali Statu id ip-

Itaque lege lata, ut alibi jam factum est, jubet in Statu Ecclesiæ Pauperibus liberum Spicilegium permitti.

PONT. A. XI.

sum nulla lege, nulloque edicto demandetur; eò magis quod mitiori ratione a Nobis adhibita, multis in locis nihil profecimus. Et hæc quidem est provisionis Nostræ ratio, quam ineundam esse putavimus contra eos, qui sola animi duritie, et avaritia non ferenda, in sublevandis pauperibus contumaces se præbuerunt.

**Aratorum tamen indemnitati consulit.**

§. 4. Sed quoniam, sicut superiùs innuimus, alii reperti sunt, qui induci nequiverunt, ut liberum pauperibus aditum ad sua prædia post messem sinerent, veriti, ne aliquod ex hac re detrimentum contra nostram voluntatem facultatibus suis crearetur; Nos, nonnullis Artis Agrariæ peritis in consilium adhibitis, has sequentes regulas, quarum observatione omnis damni timor excluditur, statuendas esse censuimus.

**Ingredi prædia non liceat donec manipuli in nubilarium translati non fuerunt.**

§. 5. Prima autem est, ut nemini ingredi liceat prædia, seu prædiorum regiones, vulgò *quarti*, ubi segetes metuntur, neque cuiquam aditus ad ea liber sit nisi posteaquam manipulorum acervi, vulgò *le casole*, e solo sublati, et in nubilarium, Italice *il barcone*, translati fuerint. Id autem hanc ob causam fiat, ne abusus ille contingat, ut Messores, data opera, e manibus suis dilabi sinant Spicas, ab iis, qui penè eos sequentur, colligendas, aut pauperes non contenti Spicis in solum fortuito delapsis, aut a Messoribus præteritis, ad eas auferendas ex ipsis manipulorum acervis manus porrigere audeant.

**Post translationem liceat per decem dies spicas relictas colligere. Nec interim pecora in agros immittentur**

§. 6. Altera regula est, ut manipulorum acervis e prædio, aut *quarto*, ubi messum est, ablatis, translatisque in nubilarium, liber pauperibus pateat ingressus per decem dies ad Spicas legendas in solo relictas; quo temporis spatio neque domini, neque alii, qui ab ipsis Spicas emerunt, pauperibus Spicilegium prohibere possint, neque in prædia, regiones, seu *quarti*, in quibus messis facta est, boves, sues, aliaque hujusmodi animalia ad pascendum immittere.

§. 7. Tertia autem est, ut, decem diebus elapsis, liceat dominis, seu Spicæ emptoribus, in prædia, regiones, seu *quarti* ea animalia, quæ voluerint, inducere, juxta eorum pacta conventa; de quibus id insuper statuimus, ut tam ea, quæ ante hanc nostram Constitutionem, quam illa, quæ post ejus publicationem fient, salvâ semper libertate pauperibus concessâ colligendi per decem dierum spatium Spicas, facta intelligi, atque ita observari debeant.

Anno 1751.

Elapsis 10. diebus, emptores Spicæ utantur jure suo, juxta pacta conventa.

§. 8. Hac autem præsenti nostra Constitutione, quæ ad universum Statum Nobis, et Sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè in temporalibus subjectum spectat; motu, scientia, et potestate simili volumus, et decernimus, ut comprehendantur latifundia, possessiones, prædia, regiones, seu *quarti*, et quæcumque Terræ, in quibus seritur, et colligitur frumentum, sive ad Cameram Nostram Apostolicam pertineant, sive ad quamcumque Ecclesiam, Monasterium, Abbatiam, Religionem, Congregationem, institutum, Hospitale etiam si sint bona, seu Commendæ Militum S. Joannis Hierosolymitani, Religiosorum Societatis JESU, Monachorum Cassinen. Cardinalium S. R. E., Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, Monasteriorum Monialium, et cujuscumque alterius personæ, quæ speciali mentione indigeret; ita etiam cujuscumque Personæ Sæcularis quavis dignitate, et privilegio suffultæ; volentes, ut ab hujusmodi nostra Dispositione minimè eximantur, immò ut prorsùs comprehensæ censeantur etiam Communitates, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Equites, et quæcumque aliæ personæ, quavis bonorum prærogativa, et dignitatum gradu præeminentes.

Quæ reducuntur ad formam præsentis Constitutionis.

Ab hac lege nullius latifundia exempta decernuntur.

§. 9. Mandamus insuper modernis, et pro tempore existentibus Archiepiscopis, et Episcopis, ac Locorum Ordinariis temporalis Ditionis nostræ; item modernis etiam, et pro tempore existentibus S. R. E. Cardinalibus Provinciarum Legatis, Præsidibus, Vice-Legatis, Civi-

Commissio Superioribus Ecclesiasticis, et Laicalibus pro

PONT. A. XI.

præsentium executione, cum facultatibus.

tatum, Oppidorum, et Locorum Gubernatoribus, et Præsidi Annonæ, quoad ea loca, quæ ejus jurisdictioni subsunt, ut præceptum, mandatum, ordinationem, voluntatemque nostram hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit in futurum, in suis respectivè Diœcesibus, Provinciis, Civitatibus, et Locis perpetuò observari mandent, et faciant; dantes propterea, et elargientes iisdem Archiepiscopis, et Episcopis, ac Legatis, Præsidibus, Vice-Legatis, et Gubernatoribus, nec non Annonæ Præsidi, cumulativum jus præsentes nostras Litteras exequendi, et transgressores quoslibet pœna scutorum triginta monetæ per eos Manu Regia exigenda omnino coercendi, puniendique. Ad quem effectum declaramus totidem censeri debere contraventionis delicta commissa fuisse, pœnasque incursas, quot sunt latifundia, possessiones, prædia, regiones, seu *quarti*, ex quibus Pauperes exclusi fuerint. Ut verò prædicti voluntatis Nostræ Executores in exigendis pœnis, iisque, detractis expensis necessariis, inter Pauperes Locorum distribuendis, omnem quoad possunt diligentiam adhibeant, conscientiam eorum oneramus; monentes, ut sedulò curent, ne Pontificiam indignationem Nostram incurrant, seque reos subtracti Pauperibus subsidii ante Tribunal Dei constituant.

Pœna scutorum XXX. pro singulis transgressionibus exigenda.

Derogatio contrariis Statutis, et Privilegiis.

§. 10. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus etiam Apostolicis; si quæ essent, ac Statutis, et Legibus etiam municipalibus, ac usibus, stilis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, seu indultis quibusvis Ecclesiis, Locis Piis, et prædictis Ordinibus, et Societati, etiam ex titulo oneroso concessis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi tales forent, quod sub generali expressione non comprehenderentur, sed de illis specifica, et individua mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis, et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dum-

taxat, latissimè, et plenissimè, ac specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Anno 1751.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quàm extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Exemplorum Fides

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum Constitutionis, Ordinationis, Præcepti, Statuti, Decreti, Prohibitionis, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, sexto decimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Undecimo. Dat. die 17. Maji 1751.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die 28. Maji ejusdem Anni.*

PONT. A. XI.

XLVII.

# NONNULLÆ SOCIETATES

Seu Conventicula *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Maçons*, vel aliter nuncupata, iterum damnantur, et prohibentur: cum invocatione brachii, et auxilii Sæcularium Principum, et Potestatum.

# BENEDICTUS EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Confirmatio Apostolica vigentibus etiam Legibus quandoque adjicitur.

PROVIDAS Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Leges, atque Sanctiones, non solùm eas, quarum vigorem, vel temporum lapsu, vel hominum neglectu labefactari, aut extingui posse veremur, sed eas etiam, quæ recentem vim, plenumque obtinent robur, justis gravibusque id exigentibus causis, novo auctoritatis Nostræ munimine roborandas confirmandasque censemus.

Clemens XII. Societates (de'Liberi Muratori) damnavit et prohibuit sub censuris Sedi Apostolicæ reservatis.

§. 1. Sanè felicis recordationis Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suas Apostolicas Litteras Anno Incarnat. Dominicæ MDCCXXXVIII. IV. Kalend. Maji, Pontificatus sui anno VIII. datas, et universis Christifidelibus inscriptas, quarum initium est: *In eminenti;* nonnullas Societates, Cætus, Conventus, Collectiones, Conventicula, seu Aggregationes, vulgò *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Maçons*, vel aliter nuncupatas, in quibusdam Regionibus tunc latè diffusas, atque in dies invalescentes, perpetuò damnavit, atque prohibuit, præcipiens omnibus, et singulis Christifidelibus, sub pœna excommunicationis ipso facto absque ulla decla-

ratione incurrenda, a qua nemo per alium, quam per Romanum Pontificem pro tempore existentem, excepto mortis articulo, absolvi posset, ne quis auderet vel præsumeret hujusmodi Societates inire, vel propagare, aut confovere, receptare, occultare, iisque adscribi, aggregari, aut interesse, et aliàs prout in eisdem Litteris latiùs, et uberiùs continetur, quarum tenor talis est; videlicet : ANNO 1751.

# CLEMENS EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI

**Universis Christifidelibus salutem, et Apostolicam Benedictionem.**

§. 2. *In eminenti Apostolatus Specula, meritis licet imparibus, Divina disponente Clementia constituti, juxta creditum Nobis Pastoralis providentiæ debitum, jugi, (quantum ex alto conceditur) sollicitudinis studio iis intendimus, per quæ erroribus, vitiisque aditu intercluso, Orthodoxæ Religionis potissimùm servetur integritas, atque ab universo Catholico Orbe difficillimis hisce temporibus perturbationum pericula propellantur.* Tenor Litterarum Clement. XII

*Sanè vel ipso rumore publico nunciante, Nobis innotuit, longè, latèque progredi, atque in dies invalescere nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula, vulgò* de' Liberi Muratori, *seu* Francs Maçons, *aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietate nuncupata, in quibus cujuscumque Religionis, et Sectæ Homines, affectatâ quadam contenti honestatis naturalis specie, arcto æquè, ac impervio fœdere, secundum Leges, et Statuta sibi condita invicem consociantur; quæque simul clam operantur, tum districto jurejurando ad Sacra Biblia interposito, tum gravium pœnarum exageratione, inviolabili silentio obtegere adstringuntur.* Novarum Societatum indoles, et occultum Institutum.

PONT. A. XI.

Eædem a Sæculi Potestatibus merito damnatæ.

*Verùm, cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodat, et clamorem edat sui indicem; hinc Societates, seu Conventicula prædicta vehementem adeo Fidelium mentibus suspicionem ingesserunt, ut iisdem Aggregationibus nomen dare, apud prudentes et probos idem omnino sit, ac pravitatis et perversionis notam incurrere; nisi enim malè agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eo usque percrebuit, ut in plurimis Regionibus memoratæ Societates per Sæculi Potestates, tanquam Regnorum securitati adversantes, proscriptæ ac providè eliminatæ jampridem extiterint.*

Nunc autem Apostolica auctoritate damnantur, et prohibentur.

*Nos itaque animo volventes gravissima damna, quæ ut plurimum ex hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis, nedum temporalis Reipublicæ tranquillitati, verùm etiam Spirituali Animarum saluti inferuntur, atque idcirco tum Civilibus, tum Canonicis minimè cohærère sanctionibus: cum Divino eloquio doceamur, diu noctuque, more servi fidelis, et prudentis Dominicæ Familiæ præpositi, vigilandum esse, ne hujusmodi Hominum genus, veluti fures, domum perfodiant, atque instar vulpium Vineam demoliri nitantur, ne videlicet simplicium corda pervertant, atque innoxios sagittent in occultis; ad latissimam, quæ iniquitatibus impunè patrandis indè aperiri posset, viam obstruendam, aliisque de justis, ac rationabilibus Causis Nobis notis, easdem Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula* De' Liberi Muratori, *seu* Francs Maçons, *aut alio quocumque nomine appellata, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, damnanda, et prohibenda esse statuimus, et decrevimus, prout præsenti Nostra perpetuò valitura Constitutione damnamus et prohibemus.*

Præceptum om-

*Quocirca omnibus, et singulis Christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis,*

*dignitatis, et præeminentiæ, sive Laicis, sive Clericis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, districtè, et in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ne quis sub quovis prætextu, aut quæsito colore audeat, vel præsumat prædictas Societates* De' Liberi Muratori, *seu* Francs Maçons, *aut aliàs nuncupatas, inire, vel propagare, confovere, ac in suis ædibus, seu domibus, vel alibi receptare, atque occultare, iis adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iisdem aliquid ministrare, sive aliàs consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directè, vel indirectè, per se, vel per alios quoquo modo præstare, necnon alios hortari, inducere, provocare, aut suadere, ut hujusmodi Societatibus adscribantur, annumerentur, seu intersint, vel ipsas quomodolibet juvent, ac foveant: sed omnino ab iisdem Societatibus, Cœtibus, Conventibus, Collectionibus, Aggregationibus, seu Conventiculis prorsùs abstinere se debeant, sub pœna Excommunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo, per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.*

ANNO 1750. nibus Christifidelibus, ne quis easdem ineat, foveat, eisque se adscribat.

Sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ Summo Pontifici reservatæ

*Volumus insuper, et mandamus, ut tam Episcopi, et Prælati Superiores, aliique Locorum Ordinarii, quàm Hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores, adversùs transgressores, cujuscumque sint status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ, procedant, et inquirant, eosque tanquam de hæresi vehementer suspectos condignis pœnis puniant, atque coërceant; iis enim, et eorum cuilibet, contra eosdem transgressores procedendi, et inquirendi, ac condignis pœnis coërcendi, et puniendi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,*

Commissio Ordinariis, et Inquisitoribus pro executione præsentium; cum facultatibus etc.

Pont. A. XI. *brachii sæcularis auxilio, liberam facultatem tribuimus, et impertimur.*

*Volumus autem, quod eorumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsùs adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.*

*Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXVIII. IV. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Octavo.*

Falsa assertio cessationis censurarum in præinsertis Litteris latarum.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, aliqui fuerint, qui asserere, ac vulgò jactare non dubitaverint, dictam excommunicationis pœnam a Prædecessore Nostro, ut præfertur, impositam non amplius afficere, propterea quod ipsa præinserta Constitutio a Nobis confirmata non fuerit; quasi verò pro Apostolicarum Constitutionum a Prædecessore editarum subsistentia, Pontificis Successoris expressa confirmatio requiratur.

Consilium datum Pontifici easdem Litteras confirmandi.

§. 4. Cumque etiam a nonnullis piis, ac Deum timentibus viris Nobis insinuatum fuerit, ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi nostri cum ejusdem Prædecessoris mente ac voluntate uniformitatem, magnopere expediens fore, ut ejusdem Præde-

cessoris Constitutioni novum Confirmationis nostræ suffragium adjungeremus. Anno 1751.

§. 5. Nos, licet hucusque, dum pluribus Christifidelibus de violatis ejusdem Constitutionis Legibus verè pœnitentibus, atque dolentibus, seque a damnatis hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis omnino recessuros, et nunquam in posterum ad illas et illa redituros ex animo profitentibus, absolutionem ab incursa excommunicatione, tum antea sæpe, tum maximè elapso Jubilæi anno benignè concessimus; seu dum facultatem Pœnitentiariis a Nobis deputatis communicavimus, ut hujusmodi pœnitentibus, qui ad ipsos confugerent, eamdem absolutionem nostro nomine et auctoritate impertiri valerent: dum etiam sollicito vigilantiæ studio instare non prætermisimus, ut a competentibus Judicibus, et Tribunalibus, adversus ejusdem Constitutionis violatores pro delicti mensura procederetur, quod et ab eis reipsa sæpe præstitum fuit; non quidem probabilia dumtaxat, sed planè evidentia, et indubitata argumenta dederimus, ex quibus animi nostri sensus, ac firma et deliberata voluntas, quoad censuræ per dictum Clementem Prædecessorem, ut præfertur, impositæ vigorem et subsistentiam, satis apertè inferri debuerant; siquæ autem contraria de Nobis opinio circumferretur, Nos eam securi contemnere possemus, causamque nostram, justo Dei Omnipotentis judicio relinquere, ea verba usurpantes, quæ olim inter sacras actiones recitatas fuisse constat: *Præsta, quæsumus, Domine, ut mentium reprobarum non curemus obloquium, sed eadèm pravitate calcata exoramus, ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare quod præcipis*, ut habet antiquum Missale, quod S. Gelasio Prædecessori Nostro tribuitur, et a Venerabili Servo Dei Josepho Maria Cardinali Tho-

Perspicua argumenta a Pontifice jam edita pro subsistentia earumdem censurarum.

PONT. A. XI. masio editum fuit in Missa, quæ inscribitur: *Contra obloquentes*.

Nihilominus præinsertas Litteras in forma specifica confirmat per præsentes

§. 6. Ne tamen aliquid per Nos improvidè prætermissum dici valeret, quo facile possemus mendacibus calumniis fomentum adimere, atque os obstruere, audito prius nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, eamdem Prædecessoris Nostri Constitutionem præsentibus, ut supra, de verbo ad verbum insertam, in forma specifica, quæ omnium amplissima, et efficacissima habetur, confirmare decrevimus; prout eam ex certa scientia, et Apostolicæ auctoritatis nostræ plenitudine, earumdem præsentium Litterarum tenore in omnibus, et per omnia perinde ac si nostris motu proprio, auctoritate, ac nomine primum edita fuisset, confirmamus, roboramus, et innovamus, ac perpetuam vim, et efficaciam habere volumus, et decernimus.

Causa damnandi, et prohibendi hujusmodi Societates enumerat et approbat.

§. 7. Porrò inter gravissimas præfatæ prohibitionis, et damnationis causas in præinserta Constitutione enunciatas, una est, quod in hujusmodi Societatibus, et Conventiculis, cujuscumque Religionis, ac Sectæ homines invicem consociantur; qua ex re satis patet, quam magna pernicies Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera est arctum, et impervium secreti fœdus, quo occultantur ea, quæ in hujusmodi Conventiculis fiunt; quibus proinde ea sententia meritò aptari potest, quam Cæcilius Natalis apud Minucium Felicem in causa nimium diversa protulit: *Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt*. Tertia est jusjurandum quo se hujusmodi secreto inviolabiliter servando adstringunt; quasi liceat alicui, cujuslibet promissionis, aut juramenti obtentu se tueri, quominus a legitima potestate interrogatus, omnia fateri teneatur, quæcumque exquiruntur ad dignoscendum, an aliquid in hujusmodi Conventibus fiat, quod sit contra Re-

ligionis, aut Reipublicæ statum, et Leges. Quarta est, quod hujusmodi Societates non minus Civilibus, quam Canonicis Sanctionibus adversari dignoscuntur; quum scilicet Jure Civili omnia Collegia, et Sodalitia præter publicam auctoritatem consociata prohibeantur, ut videre est in Pandectarum libro XLVII. Tit. 22. *de Collegiis, ac corporibus illicitis*; et in celebri epistola C. Plinii Cæcilii secundi, quæ est XCVII. libri X. in qua ait, edicto suo, secundum Imperatoris mandata, vetitum fuisse, ne Hetæriæ essent, id est, ne Societates, et Conventus sine Principis auctoritate iniri, et haberi possent. Quinta est, quod jam in pluribus Regionibus memoratæ Societates, et Aggregationes Sæcularium Principum Legibus proscriptæ atque eliminatæ fuerant. Ultima demùm, quod apud prudentes, et probos viros eædem Societates, et Aggregationes malè audirent, eorumque judicio, quicumque eisdem nomina darent, pravitatis, et perversionis notam incurrerent. ANNO 1751.

§. 8. Denique idem Prædecessor in præinserta Constitutione Episcopos, et Superiores Prælatos, aliosque Locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilium invocare non prætermittant. Invocatio auxilii brachii sæcularis Ecclesiasticis Superioribus in prioribus Litteris demandata.

§. 9. Quæ omnia, et singula non solùm a Nobis approbantur, et confirmantur, eisdemque Ecclesiasticis Superioribus respectivè commendantur, et injunguntur; verùm etiam Nos ipsi, pro Apostolicæ sollicitudinis officio, præsentibus Nostris Litteris, Catholicorum Principum, omniumque Sæcularium Potestatum opem, auxiliumque ad præmissorum effectum invocamus, et enixo studio requirimus; quum ipsi Supremi Principes, et Potestates electi sint a Deo defensores Fidei, Ecclesiæque protectores; ideoque eorum munus sit idoneis quibusque rationibus efficere, ut Apostolicis Consti- Pontifex ipse Supremorum Principum, et Sæcularium Potestatum opem invocat, et requirit.

PONT. A. XI.

tutionibus debitum obsequium, et omnimoda observantia præstetur; quod iis in memoriam revocarunt Trid. Synodi Patres *Sess.* 25. *Cap.* 20., multoque antea egregiè declaraverat Imperator Carolus Magnus, suorum Capitularium *Tit.* 1. *Cap.* 2., ubi, post demandatam omnibus sibi subditis Ecclesiasticarum Sanctionum observantiam, hæc addidit: *Nam nullo pacto agnoscere possumus qualiter nobis fideles existere possunt, qui Deo infideles, et suis Sacerdotibus inobedientes apparuerint.* Quapropter cunctis ditionum suarum Præsidibus et Ministris injungens, ut omnes, et singulos ad debitam obedientiam Ecclesiæ Legibus exhibendam omnino compellerent, gravissimas quoque pœnas adversùs eos indixit, qui hoc præstare negligerent, subdens inter alia: *Qui autem in his (quod absit) aut negligentes, eisque inobedientes fuerint inventi, sciant, se nec in nostro Imperio honores retinere, licet etiam Filii nostri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiscum, aut cum nostris societatem, aut communitatem ullam habere, sed magis sub districtione et ariditate pœnas luent.*

Fides Transumptis habenda.

§. 10. Volumus autem, ut earundem præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsùs adhibeatur, quæ ipsis Originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, approbationis, commissionis, invocationis, requisitionis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno XI.

ANNO 1751. Dat. die 18. Maji 1751.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 28. ejusdem Mensis, et Anni.*

*FINIS OCTAVI VOL.*

# INDEX

## INITIORUM SINGULARUM CONSTITUTIONUM

*QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.*


| | Pag. |
|---|---|
| INTER præteritos. XXI. | 6 |
| *Fra le fatiche.* | 7 |
| *Essendoci somm. a cuore.* XXII. | 164 |
| Nemo vestrûm ignorat. XXIII. | 171 |
| Paterna charitas. XXIV. | 178 |
| Pastoris æterni. XXV. | 188 |
| In Consistorio. XXVI. | 192 |
| Benedictus Deus. XXVII. | 194 |
| Celebrationem. XXVIII. | 206 |
| Officii nostri ratio. XXIX. | 226 |
| Anno vertente. XXX. | 242 |
| In eminenti. XXXI. | 251 |
| Communis ærarii loca. XXXII. | 258 |
| Oneroso. XXXIII. | 276 |
| Magnitudo tuæ devotionis. XXXIV. | 282 |
| *Benchè altre volte.* XXXV. | 284 |
| Exponi Nobis. XXXVI. | 289 |
| Cum sicut accepimus. XXXVII. | 292 |
| Inveterata. XXXVIII. | 294 |
| Prodiit jamdudum. XXXIX. | 312 |
| *Sotto il giorno.* | 313 |
| Elapso proximè anno. XL. | 330 |
| *Fu da noi.* | 331 |
| Ad Romanum Pontificem. XLI. | 340 |

Quarta vertentis. XLII. 350
*Nella possima passata.* 351
Imposito Nobis. XLIII. 388
Etsi persuasum habemus. XLIV. 396
Assiduæ sollicitudinis. XLV. 399
Ex commisso nobis. XLVI. 410
Providas. XLVII. 416

*FINIS INDICIS.*

# INDEX

## ARGUMENTORUM EARUMDEM CONSTITUTIONUM.

## PRO ANNO JUBILÆI.

### PONTIFICATUS ANNO X.

XXI. DE quæstionibus, et controversiis olim excitatis circa opera injuncta pro Jubilæi acquisitione, et circa facultates concessas; earumque usum, quæ per præcedentes Constitutiones sublatæ fuerunt; Epistola Encyclica ad Pœnitentiarios, et Confessarios pro Anno Sancto in Urbe deputatos. 3. *Decemb.* 1749. 6

XXII. Peregrinorum, et Advenarum Anno Jubilæi Romam adeuntium Causæ Civiles, et Criminales certis Judicibus summariè expediendæ committuntur. 28. *Novemb.* 1749. 164

XXIII. Portæ Sanctæ quatuor Basilicarum aperiendæ denunciantur. Ad Ostiensis, Lateranensis, et Liberianæ Basilicæ Portas Pontificio nomine recludendas deputantur tres Cardinales Legati. 1. *Decemb.* 1749. 171

XXIV. Indulgentiæ Jubilæi Anni Sancti MDCCL. pro Monialibus, Oblatis, Tertiariis etc. necnon Anachoretis, Eremitis, Infirmis, et in carcere, aut captivitate detentis, conceduntur. 17. *Decemb.* 1749. 178

XXV. Regulares Apostatæ ad suos Ordines cum pœnarum condonatione revocantur. 12. *Januar.* 1750. 188

XXVI. Ad claudendas Portas Sanctas in exitu Anni Jubilæi deputantur tres Cardinales de Latere Legati. 7. *Decembris*. 1750. 192
XXVII. Extensio Universalis Jubilæi in Urbe celebrati Anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo ad universum Catholicum Orbem. 25. *Decembris* 1750. 194
XXVIII. De Jubilæi extensione ad universum Catholicum Orbem, Epistola Encyclica. 1. *Januar*. 1751. 206

## ANNO MDCCL.

XXIX. Circa immunitatem Localem nonnulla dubia declarantur post Constitutiones Benedicti XIII. et Clementis XII. excitata, aliaque opportunè statuuntur, et præcipiuntur. 15. *Martii*. 226
XXX. Pro Cophtis Catholicis Indultum recipiendi Sacramentum Confirmationis a Presbytero Missionis Præfecto. 19. *Junii*. 242
XXXI. Proponitur ratio secernendi Honorarios a veris Familiaribus S. R. E. Cardinalium, et Prælatorum Romanæ Curiæ, ad omnes juris effectus. 25. *Julii*. 251
XXXII. Super Institutione, Gubernio, et administratione Mensæ nummulariæ Sancti Spiritus in Saxia de Urbe; Confirmantur Litteræ Pauli V. aliaque opportunè statuuntur. 10. *Augusti*. 258

## PONTIFICATUS ANNO XI.

XXXIII. Canonicis Regularibus Præmonstratensibus conceditur ex integro Privilegium assequendi, et retinendi quascumque Parochiales, et Vicarias tam sæculares, quam Regulares absque dispensatione Apostolica. 1. *Septembris*. 276
XXXIV. Indultum celebrandi Missam in Altari Papali Basilicæ S. Mariæ Majoris die 30. *Septembris anni* 1750. post peractam a Pontifice ejusdem Altaris Consecrationem. 17. *Septembris*. 282
XXXV. Statuitur Methodus servanda in Congregationibus Capitolinis super Causis Criminalibus Locorum Feudalium Populi Romani. 5. *Decembris*. 284

## ANNO MDCCLI.

XXXVI. Confirmationis Sacramentum Infirmis in Archi-Hospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe degentibus, conferri possit a Præceptore, seu Commendatario in Episcopali dignitate constituto, vel, ipso aut Priore mandante, ab alio quocumque Catholico Antistite, nullius alterius obtenta licentia. 12. *Januarii.* 289
XXXVII. Damnatio, et prohibitio libri, cui Titulus: *Lettres avec ces mots latins: Ne repugnate vestro bono etc. Senec. de constantia sap. cap.* 19. *à Londres* 1750.; et Libelli inscripti: *La voix du Sage, et du Peuple. A Amsterdam chez le Sincere MDCCL.* 25. Januarii. 292
XXXVIII. De Pertinentia causarum de damno dato tam in prima, quam in ulterioribus Instantiis; et intra quod tempus eædem introducendæ, finiendæ, quibusque legibus dijudicandæ sint: Item de integra præstatione pœnarum Communitatibus Ditionis Ecclesiasticæ debitarum; ac Judicum, Officialium, et Executorum emolumentis. 25. *Januarii.* 294
XXXIX. Jejunium Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli anno 1751. occurrentis ultima die Carnisprivii, transferri posse permittitur in Sabbatum Sexagesimæ. 30. *Januarii.* 312
XL. De Extractione Reorum ad Sacræ Inquisitionis Officium spectantium a locis immunibus, ad quæ fortè confugerint. 20. *Februarii.* 330
XLI. Nova concessio, et præfinitio Indulgentiarum pro Fratribus, et Sororibus Tertii Ordinis Sæcularis S. Francisci Assisiensis. 15. *Martii.* 340
XLII. Rosæ aureæ donum Metropolitanæ Bononiensi Ecclesiæ transmissum. 24. *Martii.* 350
XLIII. Latini Ritus Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur in Ruthenorum unitorum Ecclesiis, deficientibus lapideis Altaribus, seu Tabulis consecratis, et Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum sacrificia super eorumdem Ruthe-

norum Antimensiis, et cum Calicibus e stanno celebrare. 29. *Martii.* 388
XLIV. Græci Ritus observantia, et Linguæ Græcæ studium Monachis Ordinis S. Basilii injungitur, et commendatur. 20. *Aprilis.* 396
XLV. Basilicæ Lateranensis Indulgentiæ confirmantur: Illæ verò, quæ Ecclesiis ipsius Filialibus, seu ipsi aggregatis hactenus communicatæ fuerunt, suspenduntur; et interim eisdem aliæ Indulgentiæ, et gratiæ spirituales conceduntur, seu respectivè communicari permittuntur. 6. *Maji.* 399
XLVI. Spicarum collectio post Messem Pauperibus non impedienda per totam Ditionem Ecclesiasticam decernitur, additis pœnis, opportunisque legibus, et conditionibus. 17. *Maji.* 410
XLVII. Nonnullæ Societates, seu Conventicula *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Maçons*, vel aliter nuncupata, iterum damnantur, et prohibentur; cum invocatione brachii, et auxilii Sæcularium Principum, et Potestatum. 18. *Maji.* 416

*FINIS INDICIS.*